ↄsiderādū est ꝙ diffō iō dr̄ terminus: qꝛ icludit totalr̄ rē: ita. s. ꝙ nihil rei est ext̄ diffōnē cui. s. diffō ꝯ ↄueniat: nec aliqd aliud est infra diffōnē cui. s. diffō ↄueniat. Et ideo qnq; ponit in diffōne nois. Pmo ponit̃ [vox] ꝑ modū gñis: ꝑ qd̄ distiguit̃ nomē ab oibᵒ sonis q nō sunt voces. Nā vox est sonᵒ ab ore aialis plātus cū imaginatione q̄/dam. vt dr̄ in 2ᵒ de aia. Addit̃ autē p̄ᵒ dr̄ia. s. [significati/ua] ad drīam quarūcūq; vocū nō sigñantiū: siue sit vox lrāta ⁊ nō articulata sicut biltris: siue lrāta ⁊ nō articu/lata sicut sibilus pro nihilo factus. Et qꝛ de sigñatione vo/cū in supiorībᵒ actū est. iō ex p̄missis ↄcludit ꝙ nomē est vox sigñatiua. ¶ Sed cū vox sit q̄dā res nālis: nomē āt nō est aliqd nāle ꝫ ab hoibᵒ istitutū vr̄ ꝙ nō debuit ge/nus nois ponere vocē q̄ est ex nā: sed magis signū qd̄ est ex instōne: vt diceret̃ nomē est signū vocale. sic ēt ↄuenien/tius diffinit̃ scutella si qs diceret ꝙ est vas ligneū q̄; si qs diceret ꝙ est lignū formatū in vas. ¶ Sꝫ dōm ꝙ artifi/cialia sunt qdē in gñe subē ex pte mãe. in gñe āt accñtiū ex pte forme. Nā forme artificialiū accñtia sunt. Nomē ergo sigñat formā accñtalē vt ↄcretā subo. Cū aūt i dif/finitione oīum accñtiū oporteat poni subm: necē est ꝙ si qua noia accñtis in abstracto diffiniant̃ ꝙ in eoꝝ diffō/ne ponat̃ accñs in recto q̄si genᵒ: subꝫ aūt i obliquo q̄si dr̄ia: vt cū dr̄ simitas est curuitas nasi. Si q̄ v̄o noia acci/dēs significāt i ↄcreto: in eoꝝ diffōne ponit̃ m̄a vel subꝫ q̄si genus: ⁊ accñs q̄si dr̄ia: vt cū dr̄ simū ē nasus curuᵒ. Si igit̃ noia reꝝ artificialiū sigñant formas accñtales vt ↄcretas subiectis nālibus. ↄueniētius est vt in eoꝝ diffi/nitione ponat̃ res nālis q̄si genus: vt dicamᵒ ꝙ scutella est lignū figuratū: ⁊ silr̄ ꝙ nomē est vox sigñatiua. Secᵒ aūt eēt si noia artificialiū acciperēt̃ q̄si sigñantia ipsas formas artificiales in abstracto. Tertio ponit 2ᵃᵐ drīam cū dicit [ſm placitū] .i. ſm instōnem humanā a bñpla/cito hoīs ꝓcedētē. Et ꝑ h̄ nomē differt a vocibᵒ sigñanti/bus nālr̄ sic sunt gemitus ifirmoꝝ: ⁊ voces brutoꝝ aia/liū. Quarto ponit tertiā drīam. s. [sine tp̄e] ꝑ qd̄ differt nomē a v̄bo. ¶ Sꝫ vr̄ h̄ eē falsuꝫ: qꝛ h̄ nomē dies vel an/nus sigñat tp̄s. ¶ Sꝫ dōm ꝙ circa tp̄s tria pñt ↄsidera/ri. Primo qdē ip̄m tp̄s ſm ꝙ est res q̄dā: ⁊ sic pt̄ sigñari a noie sicut q̄libet alia res. Alio mō pōt ↄsiderari id qd̄ tp̄e mēsurat̃ iquātū h̄ꝫ: ⁊ qꝛ id qd̄ p̄ᵒ ⁊ ꝓncipalr̄ mēsura/tur est motᵒ in q̄ ↄsistit actio ⁊ passio. iō verbū qd̄ sigñat actionē ⁊ passionē: sigñat cū tp̄e. Subā āt h̄ꝫ se ↄsidera/ta put sigñat̃ ꝑ nomē ⁊ ꝓnomen nō h̄ꝫ iquātū h̄ꝫ vt tp̄e mēsuret̃: ꝫ solū ſm ꝙ subijcit̃ motui: put ꝑ participiū si/gnificat̃. Et iō verbū ⁊ pticipiū sigñant cū tp̄e. nō aūt no/men ⁊ ꝓnomē. Tertio mō pt̄ ↄsiderari ipsa hitudo tp̄is mēsurātis q̄ sigñat̃ ꝑ aduerbia tp̄is vt cras heri ⁊ huiᵒ. Quito ponit 4ᵃᵐ drīaꝫ cū subdit [cuiᵒ nulla ps ē sigña/tiua sepata] .i. a toto noie: cōparat̃ tñ ad sigñationē nois sꝫ ꝙ est i toto. Qđ iō est: qꝛ sigñatio est q̄si forma nois. nul/la āt ps sepata h̄ꝫ formā totiᵒ. sic manus sepata ab hoie nō h̄ꝫ formā hūanā. Et ꝑ h̄ distiguit̃ nomē ab oīone cᵒ ps sigñat sepata. vt cū dr̄ hō iustus. ¶ Deinde cū dicit.

E

Obiectio

Rñsio

artificiaᵗ qūo in gñe subᵉ vel acciden.

Diffō acci. i abstrac.

In cōcreto

F

Expo. 3.

Obiectio

Rñsio

Tria circa tē pus cōsi. pñt. 2ᵐ

Cur ver. tñ ⁊ ptici. cum tp̄e sign.

3ᵐ

G

Significaᵗ.

¶ Nā hoc in noie eqferus nihil ꝑ seip̄m equᵒ significat: sicut hac in oīone equus est ferus.

¶ In nomine enim quod est eqferus: ferus per se nihil significat: quēadmodum in ora/tione que est equus ferus.

H ¶ Manifestat p̄missam diffōnē. Et p̄ quātū ad vltimam p̄ticulā. 2° quātū ad scd̄am ibi [Sm vo placitū rc.] Nā p̄me due p̄ticule manifeste sunt ex p̄missis. 3° aūt particula. s. [sine tpe] manifestabit in sequētibus i tractatu de verbo. Circa p̄m duo facit. Primo manifestat p̄positum per noīa cōposita. 2° ondit circa hoc dr̄iaʒ inter noīa simplicia r cōposita. ibi [At vo nō queadmodū.] Manifestat ergo p̄ φ pars noīs separata nihil signat: p noīa cōposita: in q̄bus h̄ magis vi. In hoc. n. noīe qd̄ est eqserus h̄ pars serus per se nihil significat sicut significat in hac oratione q̄ est equus serus. Cuius rō est φ vnuʒ nomē ponit ad significādū vnum simplicē itellectū: aliud aūt est id a quo imponit nomen ad significādū ab eo qd̄ nomen significat. sicut hoc nomen lapis imponit a lesione pedis: quā non significat. qd̄ tn̄ imponitur ad signandū cōceptum cuiusdaʒ rei. Et inde est φ pars noīs cōpositi qd̄ imponitur ad significādum cōceptū simplicē non significat partem conceptionis composite a qua imponitur ad significandum. Sed oratio significat ipsam conceptionem compositam. vnde pars orationis significat partem cōceptionis composite. ¶ Deinde cum dicit.

Expō tex. — Cur pō no. separa. nil significat. nō vero 8. — I

¶ Neq3 nō vt est in simplicib⁹ noib⁹: sic r i cōpositis ē. In illis. n. nullo pacto ps ē signatiua: in cōpositis vo vł qdem: nihil tn̄ separata significat: vt in exēplo patet antea dicto.

¶ At vo nō queadmodū in simplicib⁹ noib⁹ sic se hn̄t r in cōpositis. In illis. n. nullo mō pars significatiua est: in his aūt vult qdē: sed nullius sepati est: vt in eo qd̄ est equiserus.

Expō tex. — Rō dr̄ie inter no. sim. r cō.

¶ Ondit quātū ad hoc dr̄iaʒ inter noīa simplicia r cōposita: r dicit φ nō ita se h3 in noibus simplicibus sicut r i cōpositis: q2 in simplicibus pars nullo mō est significatiua: neq3 sm veritatē: neq3 sm apparētiā: sed in cōpositis vult qdē. i. apparētiā h3 significādi. nihil tn̄ ps eius signat. vt dictū est de noīe eqserus. Hec aūt rō dr̄ie est: q2 nomē simplex sicut iponit ad signandū ɔceptum simplicē: ita ēt iponit ad signandū ab aliquo simplici ɔceptu. Nomē vo cōpositūʒ imponit a cōposita ɔceptione ex q̄ h3 apparētiā qd̄ pars eius signet. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ex istituto āt diximº: q2 nullū nomē ē signū nāl: s3 cū ē positū. Nā signant r hi soni q scribi nō pn̄t: vt bestiaꝶ: quaꝶ nullū est nomen.

¶ Scd̄m vo placitū: qm̄ nāliter nomen nihil est: sed qn̄ fit nota. Nam designant r illiterati soni: vt ferarum: quoꝶ nihil est nomen.

K — Expō 3°. — Cur 3 Placitum.

¶ Manifestat tertiā partē p̄dicte diffōnis. r dicit φ lō dictū est φ nomē significat sm placitū: q2 nullū nomen est nāliter. Ex h̄. n. est nomē qd̄ signat. Nō aūt significat nāliter sed ex institutione. Et h̄ est qd̄ subdit: [sed qn̄ fit nota.] i. qn̄ imponit ad significandū. Id. n. qd̄ nālr significat nō fit: sed nālr est signū. Et h̄ signat cū dicit. Illiterati enim soni vt feraꝶ. q2. s. lr̄is significari non pn̄t. Et dicit potius sonos q̄3 voces: q2 q̄dā aīalia non hn̄t vocē eo φ carēt pulmone: sed tn̄ q̄busdā sonis p̄prias passiōes nāliter signant. Nihil aūt hoꝶ sonorum est nomē. Ex quo manifeste dat itelligi φ nomē nō signat nālr. ¶ Sciendū tn̄ est φ circa h̄ fuit diuersa quorūdā opinio. Quidā enim dixerūt φ noīa nullo mō nālr signant: nec differt q̄ res quo noīe significētur. Alij vo dixerunt φ noīa oīno nāliter significāt: quasi noīa sint nāles silitudines reruʒ. Quidā vo dixerunt φ noīa non nāliter signant quātuʒ ad h̄ φ eoꝶ significatio nō est a nā: vt Ar. h̄ itēdit. quātū vo ad hoc nālr signant φ eoꝶ significatio ɔgruit nature rerū: vt Plato dixit. Nec obstant φ vna res multis noibus significat: q2 vnius rei pn̄t eē multe silitudines. r silr ex diuersis p̄prietatibus pn̄t vni rei multa diuersa noīa iponi. Nō est aūt itelligēdū qd̄ dicit quoꝶ nihil est nomē: q̄si soni aīaliū nō hēant noīa: noīant. n. quibusdā noib⁹: nā dr̄ rugitus leonis: r mugitus bouis: s3 q2 nullus talis sonº ē nomē. vt dcm̄ ē. ¶ Deide cū dicit.

Expo. vl. Illitera soni. — Aīalia sine voce. — L — Notandum Opiniões de signi. no. — 1° — 2° — 3° Aristo. — Plato — 2° inst. Res vna mlt̄ipli. no.

¶ Hoc aūt non homo: non dico esse nomen. At neq3 nomē est positū: quo ipsuʒ appellare opꝫ. Neq3 enim est oro: neq3 negatio. S3 infinitū nomē vocet: qm̄ r qd̄ est: r qd̄ nō est in rōne rerū sine discrimine vllo significat.

¶ Nō hō vo nō est nomē. At vo nec positū ē nomē: quo illud oporteat appellari. Neq3 enim oro: aut negō est: sed sit nomē infinitū.

M — Expo. 1e p. 2e Nois signum

¶ Excludit q̄dā a noīs rōne. Et p̄ nomē infinitū. 2° casus noiuʒ. ibi [Catonis āt vel catoni.] Dic̄ ḡ p̄ φ nō hō nō ē nomē. Dr̄. n. nomē signat aliquā nāʒ determinatā vt hōi: aut p̄sonā determinatā vt p̄nomē: aut vtrūq3 determinatū vt sortes. S3 h̄ qd̄ dico nō hō: neq3 determinatā nāʒ: neq3 determiatā p̄sonā signat. Imponit. n. a negōne hoīs q eqlr dr̄ de ente r nō ente. Vn̄ r nō hō pōt dici idifferenter r de eo qd̄ nō est i reꝶ nā: vt si dicamº chimera est nō hō: r de eo qd̄ est in reꝶ nā: sic̄ dr̄ equº ē nō hō. Si āt iponeret a p̄uatiōe reqreret saltē ad minº exn̄s. S3 q2 iponit a negōne pt dici de ente r d̄ nō ente vt Boeº r Amonius dicūt. Quia tn̄ signat p modū noīs qd̄ pt subijci r p̄dicari: reqrit ad minº suppom̄ in app̄hensione. Nō aūt erat nomē positū tpe Ar. sub quo hº dictiones ɔcluderent. Nō. n. est oro: q2 ps eiº nō signat aliqd separa. sic̄ r i noibus cōpositis. Silr aūt nō est negō. i. oro negatiua: q2 hº oro supaddit negōnē affirmationi qd̄ nō ɔtingit h̄. Et iō nomē iponit hº dictioni vocās eā nomē infinitū p̄p indeterminationē signationis: vt dictū est. ¶ Deinde cū dic̄.

Nō. M. signi. — Boetius Amonius. — Expo. 2e. — Expo. 3e. — N — No. infin. ob Ari. impo.

¶ Hoc etiam Philonis: aut philoni: r hisce similia nō nomina sunt: sed nominis casus.

¶ Catonis autem: vel catoni: r quecunq3 talia: sunt non nomina: sed casus nominum.

Expō tex. — Recti est no

¶ Excludit casus noīs r dic̄. φ catōis r catoni r alia hº: nō sunt noīa: sed solus noiatiuus dr̄ p̄ncipaliter nomen per quē est impō noīs: ad aliqd signandū. Huiº aūt obliqui vocātur casus noīs. q2 cadūt per quādā declinationis originē a noīatiuo q dr̄ rectus eo φ nō cadit. Stoici aūt dixerūt ēt noīatiuos dici casus q̄s grāmatici sequūtur: eo φ cadūt. i. p̄cedūt ab iteriori cōceptiōe mētis. Et dr̄ rectus: eo φ nihil p̄hib3 aliqd cadēs sic cadere: vt rectū stet: sic̄ stilus q cadēs ligno ifigit. ¶ Deinde cū dic̄.

Casus Stoici

¶ Atq3 ratio eius in ceteris quidem est: illo autem differt. Si enim addideris est: vel erat vel erit: hoc quidem neq3 verum: neq3 falsum euadet: nomen autem semp: veluti philonis est: aut non est. Nōdum enim verum est: aut falsum.

¶ Rō aūt eius est in alijs qdem eadē: sed differunt: qm̄ cum est: vel fuit: vel erit adiūctus: neq3 verū: neq3 falsum est: nomen vo semp: vt Catonis est: vel non est. Nondum enim neq3 aliquis dicit verum neq3 falsum.

Expo. 1e

¶ Ondit ɔnr̄ q̄uo se habeāt obliq casus ad nomē r dicit φ rō quā signat nomē est eadē r in alijs. s. casib⁹ noīs: s3

A

in hoc est dña φ nomē adiūctū cū hoc verbo est: vel nō est: vel fuit: semp signat veꝝ vel falsum: qđ nō ↄtingit in obliqs. Signāter aūt īducit exēplū de verbo substantiuo. qꝛ sunt q̄dā alia verba. s. impſonalia q̄ cuꝫ obliqs significāt veꝝ vel falsū: vt cū dī penitet sortē: qꝛ act⁹ verbi itelligit̄ ferri sup obliquū: ac si diceret̄ pnia hꝫ sortē. ℂ Sꝫ si nomē infi^m ꝛ casus nō sunt noia incōueniēter data est p̄missa noīs diffō q̄ istis cōuenit. ℂ Sed dōm fm Amoniū qđ supra cōius diffinit nomē. postmodū vō significationē noīs artat subtrahendo hec a noie. ℂ Uel dōm φ p̄missa diffō nō simplr̄ ↄuenit his. Nomē. n. infinitū nihil determinatū signat: neqꝫ casus noīs signat sꝫ b^m placitū instituētis. vt dictū est. LECTIO. V.

Uerba impſonalia

Obiectio

Rñº pª Amonius

2ª

ℂ Uerbū aūt est id qđ insup tp̄s significat: ꝛ cuius nulla ps seorsum significat: atqꝫ semper eorum que de alio dicuntur est signum.

Com. 3.

Verbum autem est quod cōsignificat tēpus: cuius pars nihil extra significat: ꝛ est semper eorum que de altero predicantur nota.

B

Ostq̄ꝫ Phs determinauit de noie. hic determinat d̄ v̄bo. Et circa h̄ tria facit. Primo diffinit v̄bū. Scđo excludit q̄dā a rōne verbi. ibi ⌈Nō currit āt ꝛ nō laborat ꝛc̄.⌋ Tertio ondit ↄueniētiā v̄bi ad nomē. ibi ⌈Ipsa vō fm se dicta v̄ba ꝛc̄.⌋ Circa p^m duo fac̄. Primo ponit diffōnē verbi. Scđo exponit. ibi ⌈Dico aūt qm̄ ↄsignat ꝛc̄.⌋ Est aūt ↄsiderādum φ Arꝫ. breuitati studēs nō ponit in diffōne v̄bi ea q̄ sunt noi ꝛ verbo cōia: relinquēs ea itellectui legētis ex his q̄ dixerat in diffōne noīs. Ponit aūt tres pticulas in diffōne v̄bi. q̄ꝫ p^a distīguit verbū a noie in h̄. s. qđ dicit φ ⌈ↄsignificat tp̄s.⌋ Dictū est. n. i diffōne noīs φ nomē significat sine tp̄e. Scđa vō pticula est per quā distinguit̄ verbū ab oōne: cū dī ⌈cui⁹ ps nihil extra significat.⌋ ℂ Sed cū h̄ ēt positūꝫ sit in diffōne noīs vī hoc debuisse p̄termitti: sicut ꝛ qđ dictū est vox significatiua ad placitū. ℂ Ad qđ rñdet Amonius φ in diffōne noīs hoc positū est vt distinguat̄ nomē ab oōnibus q̄ cōponūtur ex noīb⁹: vt cū dī hō est aīal. Quia vō sunt ēt q̄dā oōnes q̄ cōponunt̄ ex v̄bis: vt cū dī ambulare ē moueri. ꝛ vt ab his distīguat̄ verbū oportuit h̄ ēt in diffinitione v̄bi iterari. ℂ Pōt ēt alr̄ dici φ qꝛ verbū importat cōpōnē in qua pficit̄ oōo significans veꝝ vel falsum: e maiorē ↄueniētiā videbat̄ hr̄e v̄bū cū oōne q̄si q̄dā ps formalis ipsi⁹ q̄ꝫ nomē qđ est q̄dā ps mālis oōnis. ꝛ iō oportuit iterari. Tertia vō pticula est p quā distiguitur verbū: nō solū a noie sꝫ ēt a pticipio qđ signat cum tp̄e: ꝛ dicit ⌈ꝛ est semp eoꝝ q̄ de altero p̄dicātur nota⌋ i. signūꝫ: qꝛ. s. noia ꝛ pticipia p̄nt poni ex parte subti ꝛ p̄dicati: sꝫ verbū semp est ex pte p̄di. ℂ Sed h̄ vī hr̄e instātiā i verbis infinitiui modi q̄ iterdū ponunt̄ ex pte subti vt cum dī ambulare est moueri. ℂ Sed dōm est φ verba ifinitiui modi q̄n in subo ponunt̄ hn̄t vim noīs. Un̄ ꝛ in greco ꝛ in vulgari locutione latina suscipiūt additionē articuloꝝ sicut ꝛ noia. Cui⁹ rō est: qꝛ ꝓpriū noīs est vt significet rē aliquā q̄si p se existē. ꝓpriū aūt verbi est vt significet actionē vel passionē. Pōt aūt actio significari tripl̄r. Uno mō p se in abstracto. velut q̄dā res ꝛ sic signat̄ per nomē: vt cū dī actio passio ambulatio cursus ꝛ similia. Alio mō per modū actionis. vt. s. est egrediens a subā ꝛ inherēs ei vt subiecto: ꝛ sic signatur p verba alioꝝ modoꝝ q̄ attribuunt̄ p̄dicatis. Sed qꝛ ēt ipse pcessus vel inherētia actionis pōt appꝛehendi ab intellectu ꝛ signari vt res quedā. inde est φ ipsa verba ifinitiui modi q̄ significant ipsaꝫ inherētiā actionis ad subm p̄nt accipi vt verba rōne ↄcretionis: ꝛ vt noia prout significāt res q̄sdaꝫ.

Notandum Cur ꝑermittitur no. ꝛ v̄.

Expo. pᵉ. 2ᵉ.

Obiectio

Rñº pª. Amonius

C

2ª Verbū importat cōpōnem

Expo. vltᵉ.

Dubiᵘ

Rñsio Verbū infi^m mo. hr̄e vim no.

Propriū no. ꝛ ver.

Actio 3ᵉ.

D

Infi. mo. qn̄ vꝫ no. vel v̄.

C

ℂ Pōt ēt obijci de hoc φ ēt verba alioꝝ modoꝝ videntur aliq̄n in subto poni vt cū dī: curro est verbū. ℂ Sed dōm est φ in tali locutione h̄ verbū curro nō sumit̄ formaliter fm φ eius signatio refert̄ ad rē: sed fm φ mālr̄ significat ipsam vocē q̄ accipit̄ vt res q̄dā. Et iō tam verba q̄ꝫ oēs orationis partes quando ponuntur materialiter: sumūtur in vi nominum. ℂ Deinde cum dicit.

Obiectio Rñsio

Partes ora. qñ mālr̄

ℂ Dico autē ipsum insup tēpus significare: qꝛ valitudo quidē est nomen: valet autē verbum. Significat enim insuper nunc esse.

ℂ Dico autē quoniam consignificat tēpus: vt cursus quidem nomen est: currit vō verbum. Consignificat enim nunc esse.

E

ℂ Exponit diffōnē positā. Et p̄ quātū ad hoc qđ dixerat φ ↄsignificat tp̄s. Scđo quātū ad h̄ qđ dixerat φ ē nota eoꝝ q̄ de altero p̄dicātur cū dicit ⌈ꝛ semp est ꝛc̄.⌋ Secūdā aūt pticulā. s. ⌈cuius nulla ps extra significat.⌋ non exponit: qꝛ supra exposita est i tractatu noīs. Exponit ḡ p^m φ verbū ↄsignat tp̄s p exēplū: qꝛ videlꝫ cursus qꝛ significat actionē nō p modū actionis sed p modū rei p se existētis nō ↄsignat tp̄s: eo φ ē nomē. Curro vō cū sit verbum signans actionē ↄsignat tp̄s: qꝛ ꝓprium est motus tp̄e mēsurari. actiones aūt nobis note sunt in tp̄e. Dictū est autē supra φ ↄsignificare tp̄s est significare aliqd in tp̄e mēsuratū. Un̄ aliud est significare tp̄s p̄ncipaliter vt rem quādā. qđ pōt noi ↄuenire. aliud est significare cuꝫ tp̄e quod nō ↄuenit noi sed verbo. ℂ Deinde cum dicit.

Scđa pticula ꝑermittitur. Expo. 1ᵉ.

Nomē nō cōsignificat tēpus. ver. aūt sic.

Signifi. tp̄s vel cum tp̄e.

ℂ Atqꝫ semper eoꝝ que de alio dicuntur est signū. vt eorum que de subiecto dicūtur: aut eorum que in subiecto dicimus esse.

ℂ Et semp est eoꝝ q̄ de altero p̄dicant̄ nota: vt eoꝝ que de subiecto: vel in subiecto sunt.

Notandum

F

Verbū semp ex p. p̄dica.

ℂ Exponit aliā pticulā. Ubi notādū est φ qꝛ subm enunciationis signatur vt cui iheret aliqd: cū verbū significet actionē p modū actionis de cuius rōne est vt inhereat: semp ponit̄ ex pte p̄di. nunq̄ꝫ aūt ex pte subti nisi sumat̄ i vi noīs: vt dictū est. Dī ḡ verbū semp esse nota eoꝝ q̄ dicūtur de altero: tū qꝛ verbū semp signat id qđ p̄dicatum: tū qꝛ in oī p̄dicatione opꝫ esse verbū: eo φ verbū importat cōpōnē q̄ p̄dm cōponit̄ subto. ℂ Sed dubiū vī qđ subditur: vt eoꝝ ⌈q̄ de subo vel in subto sunt.⌋ Uī. n. aliqd dici vt de subo qđ essentialr̄ p̄dicatur. vt hō est aīal. In subto aūt sicut accn̄s de subo p̄dicat̄ vt hō est albus. Si ergo verba signant actionē vel passionē q̄ sunt accūtia: ↄñs est vt semp significāt ea q̄ dicūtur vt in subto. Frustra igitur dī in subto vel de subto. ℂ Et ad hoc dicit Boeti⁹ φ vtraqꝫ ad idē pertinent. Accn̄s. n. ꝛ de subiecto p̄dicat̄ ꝛ in subiecto est. Sed qꝛ Aristoteles disiūctione vtit̄: vr̄ aliud per vtraqꝫ significare. Et iō pōt dici φ cuꝫ Aristoteles dicit φ verbū semp est nota eoꝝ q̄ de altero p̄dicatur nō est sic intelligēdū q̄si significata verboꝝ sint q̄ p̄dicātur: qꝛ cū p̄dicatio videat̄ magis ꝓprie ad vocē pertinere ip̄a v̄ba sunt q̄ p̄nt̄ magis q̄ꝫ significēt p̄dicata. Est ḡ itelligēdū φ v̄bū semp ē signūꝫ φ aliq̄ p̄dicētur: qꝛ ois p̄dicatio fit p verbuꝫ rōne cōpōnis iportate: siue p̄dicet̄ aliqd essentialr̄ siue accidētaliter. ℂ Deinde cum dicit.

Expo. 1ᵉ.

Obiectio

Rñº pª. Boetius

Rñsio 2ª.

G

Predicaᵗ verbum.

ℂ Nō valet aūt: ꝛ nō egrotat non dico verbū esse. Nā insup q̄dē tp̄s significat: semp q̄ꝫ de aliquo dr̄. At drĩe nullū nomen est positūꝫ. Sed verbū infinitū vocet̄: q̄m de quocūqꝫ: ꝛ de eo qđ est: ꝛ de eo qđ non: similr̄ dicitur.

¶ Non currit aũt: ⁊ nõ laborat: non verbũ di co. Cõsignificat qdem tẽpus: ⁊ semp de ali quo est. Dr̃e aũt huic non est positũ nomẽ: sed sit infinitũ verbũ: quoniã similiter i quo libet est: vel quod est: vel quod non est.

¶ Excludit quedã a rõne verbi. Et p̃ verbũ infinitũ. Se cũdo verba p̃teriti tp̃is vel futuri. ibi [Sũt aũt vel cur ret vel currebat.] Dicit ergo p̃ q̄ nõ currit ⁊ non labo rat: nõ ꝓprie dr̃ verbũ. Est enim ꝓprium verbi significa re aliqd per modũ actionis vel passionis: qd̃ p̃dicte di ctiones nõ faciũt. Remouẽt.n. actionẽ vel passionez po tius q̄ȝ aliquã determinatã actionẽ vel passionẽ signifi cent. Sed quãuis nõ ꝓprie possint dici verbũ: tñ conue niunt sibi ea que supra posita sunt i diffõne verbi. Quo rum p̃m est q̄ ꝯsignificat tẽpus: q2 significat agere ⁊ pa ti: que sicut sunt in tẽpore: ita priuatio hoꝝ. Un̄ ⁊ quies tp̃e mẽsurat̃: vt hr̃ in 6° phys̄i. Scd̃z est q̄ semp ponitur ex parte p̃dicati: sicut ⁊ verbũ. Et hoc ĩõ: q2 negatio re ducit̃ ad genus affirmationis. Un̄ sicut verbũ qd̃ signi ficat actionẽ vel passionẽ: significat aliqd vt in altero exi stẽs: ita p̃dicta significãt remotionẽ actionis vel passio nis. ¶ Si qs aũt obijciat si p̃dictis dictionibus ꝯuenit diffõ verbi: ergo sunt verba. ¶ Dr̃z est q̄ diffõ verbi su pra posita datur de v̓bo cõiter sumpto. Huiꝰ aũt dictio nes negãtur esse v̓ba. q2 deficiũt a ꝑfecta rõne v̓bi. Nec ante Aristotelẽ erat nomẽ positũ huic gñi dictionum a verbis differẽtiũ. Sed q2 hꝰ dictiones in aliquo cũ ver bis ꝯueniũt: deficiũt tñ a determinata rõne verbi vocat ea verba ĩfinita. Et rõnẽ nois assignat: q2 vnũqd̃q3 eorũ indifferẽter põt dici de eo qd̃ est: vel de eo qd̃ nõ est. Su mitur.n. negatio apposita nõ in vi p̃uationis: s3 in vi sim plicis negationis. Priuatio.n. supponit determinatum subiectũ. Differũt tñ huiꝰ verba a verbis negatiuis: q2 verba infinita sumũtur in vi vnius dictiõis: verba v̓o ne gatiua in vi duarum dictionum. ¶ Deinde cũ dicit.

Expo.p̃e
Ver°. infinita
Proprium ver bi.
Expo.2°.
Le 10.⁊ le.5. ⁊ cõ 30.31.32.
H
Obiectio
Rñsio
Ver. in diffi. po.m̃.
Expo. vlti.
I
Nega° infini tans ver.
Dr̃a iter ver. infin̄ª ⁊ ver. ne ga°.

¶ Simili modo valuit: atq3 valebit: nõ verba: sed verbi casus appello: qm̃ illud qdem pre sens significat tẽpus: hec autez id qd̃ est cir ca presens: exactũ in quã atq3 futurum.

¶ Similiter autem curret: vel currebat nõ est verbum: sed casus verbi. Differt autẽ a ver bo: quoniam hoc quidem presens tempus significat: illa v̓o quod complectitur.

¶ Excludit a verbo verba p̃teriti ⁊ futuri tp̃is, ⁊ dicit q̄ sicut verba ĩfinita nõ sunt simplr̃ v̓ba: ita ẽt curret qd̃ est futuri tp̃is: vel currebat qd̃ est p̃teriti tp̃is nõ est verbũ: sed sunt casus verbi. Et differũt in hoc a verbo: q2 v̓bũ ꝯsignificat pñs tp̃s. illa v̓o significãt tp̃s hinc ⁊ inde cir cũdans. Dicit aũt signãter p̃sens tp̃s ⁊ nõ simplr̃ p̃sens: ne intelligat̃ pñs indiuisibile qd̃ est instãs: q2 in instanti nõ est motus nec actio aut passio: sed op3 accipe presens tp̃s qd̃ mẽsurat actionẽ que incepit ⁊ nõdũ est determi nata ꝑ actũ. Recte aũt ea que ꝯsignificãt tp̃s p̃teritũ vel futurũ nõ sunt verba ꝓprie dicta. Qũ.n. verbũ ꝓprie sit qd̃ significat agere vel pati: hoc est proprie verbũ qd̃ si gnificat agere vel pati in actu qd̃ est agere vel pati sim pliciter: s3 agere vel pati in p̃terito vel futuro: est s̓m qd. Dicũtur ẽt verba p̃teriti vel futuri tp̃is: rõnabilr̃ casus verbi qd̃ ꝯsignificat pñs tp̃s: q2 p̃teritũ vel futuꝝ dr̃ per respectũ ad pñs. Est.n. p̃teritũ qd̃ fuit p̃sens: futurũ aũt qd̃ erit p̃sens. Cũ aũt declinatio tp̃is varieẗ ꝑ modos tẽ pora numeros ⁊ ꝑsonas. variatio q̄ sit ꝑ numerũ ⁊ ꝑso nã nõ ꝯstituit casum vel casus v̓bi: q2 talis variatio non est ex pte actionis: s3 ex pte subiecti: sed variatio que est ꝑ modos ⁊ tp̃a respicit ipsam actionẽ. ⁊ ĩõ vtraq3 consti tuit casus v̓bi. Nã verba imꝑatiui vel optatiui modi ca sus dicunt̃: sicut ⁊ v̓ba p̃teriti vel futuri tp̃is. S3 verba indicatiui modi p̃sentis tẽporis nõ dicũtur casus cuius cũq3 sint persone vel numeri. ¶ Deinde cum dicit.

Expo.t.
Casus verbi
K
Ver. p̃teritũ vel futurum
Casus v̓boꝝ
A

¶ Ipsa igit̃ verba: quũ ꝑ se dicunt̃ noia sunt.
¶ Ipsa v̓o s̓m se dicta verba nomina sunt.

¶ Ondit ꝯueniẽtiã verboꝝ ad noia. Et circa hoc duo fa cit. Primo ꝓponit qd̃ itẽdit. Scd̃o manifestat ꝓpo m̃. ibi [⁊ significat aliqd ⁊c̃.] Dicit ergo q̄ ipsa v̓ba s̓m se di cta sunt noia: qd̃ a qbusdã exponit̃ de v̓bis q̄ sumunt̃ i vi nois vt dc̃m est: siue sint ĩfinitiui modi: vt cũ dico cur rere est moueri: siue sint alteriꝰ modi vt cũ dico: curro est verbũ. S3 hec nõ vr̃ esse itẽtio Ar̃. q2 ad hãc intẽtionez nõ r̃ndent ꝯñtia. Et ĩõ aliter dc̃m est q̄ nomẽ hic sumit̃ ꝓut cõiter significat quãlibet dictionẽ impositã ad si gnificãdũ aliquã rem. Et q2 ẽt ip̃m agere vel pati est q̄ dam res: inde est qd̃ ⁊ ipsa verba iquãtũ noiant. i. signi ficãt agere vel pati sub noibus cõprehẽdunt̃ cõiter acce ptis. Nomẽ aũt ꝓut a verbo distinguit̃ significat rẽ sub determinato mõ: prout. s. põt intelligi vt per se exñs. Un̄ noia possunt subijci ⁊ predicari. ¶ Deinde cum dicit.

L
V. rba ẽt no mina. quidã male.
Expo. vera.
Quid nomẽ vt distin. a ver°.

¶ Et aliquid sane significãt. Nã qui dicit mẽ tem vtiq3 affirmat: ⁊ qui audiunt quiescunt. S3 si est: aut nõ est nõdũ sane significãt. Nec.n. esse: aut nõ esse signũ est rei: neq3 si ipsum qd̃ est per se dixeris nudu3. Ipsum.n. nihil est. Significat aũt insuper cõpõnem quandam: que quide3 sine compositis intelligi nequit.

¶ Et significant aliquid. Cõstituit enim qui dicit intellectum: ⁊ qui audit: quiescit. Sed si est vel non est nondum significat. Neq3.n. signum rei esse: vel nõ esse. Nec si hoc ipsu3 est purum dixeris: ipsum quidem nihil est. Consignificat autem quãdam compõnem quam sine compositis non est intelligere.

¶ Probat ꝓpositũ p̃ per h̓ q̄ verba significãt aliqd si ⁊ noia. Scd̃o q̄ nõ significãt veꝝ vel falsu3 sicut nec noia. ibi [Sed si est aut nõ est ⁊c̃.] Dicit g̃ p̃ qd̃ in tantũ dc̃m est. q̄ verba sunt noia iquãtũ sigñant aliqd. Et h̓ ꝓbat: q2 supra dictũ est q̄ voces significatiue sigñant intellꝰ. Unde ꝓpriũ vocis significatiue est q̄ generet aliquẽ in tellectũ in animo audiẽtis. Et ĩõ ad ostẽdẽdũ q̄ verbu3 sit vox significatiua assumit q̄ ille q dicit verbũ ꝯstituit intellectũ in animo audiẽtis. Et ad hoc manifestãdũ in ducit q̄ ille q audit qescit. ¶ Sed h̓ vr̃ esse falsum: q2 so la oro ꝑfecta facit qescere intellm̃: nõ aũt nomẽ neq3 ver bum si ꝑ se dicat̃. Si.n. dicã hõ: suspẽsus est animus au diẽtis qd de eo dicere veli3. Si aũt dico curro: suspẽsus est eius animus de quo dicã. ¶ S3 dc̃m est q̄ cũ duplr̃ sit intellꝰ opatio vt supra habitu3 est: ille q dicit nomen vel verbũ s̓m se ꝯstituit itellm̃ quãtũ ad p̃mã opationez q̄ est simplex ꝯceptio alicuiꝰ. Et s̓m h̓ qescit audiẽs qui in suspẽso erat anteq̄ȝ nomẽ vel v̓bu3 ꝓferret̃: ⁊ eiꝰ ꝓla tio terminaret̃. Nõ aũt ꝯstituit intellm̃ quãtũ ad scd̃am opationẽ q̄ est intellꝰ cõponẽtis ⁊ diuidẽtis ip̃m verbũ vel nomẽ ꝑ se dictũ: nec q̄ȝtũ ad h̓ facit qescere audiẽtez. Et ĩõ statim subdit [sed si est aut nõ est nõdũ significat] id est nondũ significat aliqd ꝑ modũ cõpõnis ⁊ diuisio nis: aut veri vel falsi. Et h̓ est 2m̃ qd̃ ꝓbare intẽdit. Pro bat aũt ꝯñter ꝑ illa v̓ba q̄ maxime vident̃ sigñare veri

M
Expo. p̃e.
Propriũ vo cis significa.
Expo. 2°.
Obiectio.
N
Rñsio
Le c. 1.
Dicẽs no. vł ver. quo con stituat itellm̃.
p̃ expo. 3°.
O

tatem vel falsitatē.s.ipm verbū qd̄ est esse: verbū infi/
nitū qd̄ est nō eē: quorū neutrū p se dictū est significatiuū
2ª veritatis vel falsitatis in re. Un̄ multominus alia. Uel
pōt intelligi h̄ gn̄aliter dici de oib⁹ v̄bis. Quia.n. dixe/
rat q̄ verbū nō significat si est res vel nō est. h̄ ɔn̄r mani
festat q: nullū verbū est sign̄atiuū rei eē vel nō esse. id est
Uer. finū eē implicat. q̄ res sit vel nō sit. Quāuis.n. oē verbū finitū iplicet eē:
q: currere est currētē esse: oē verbū infinitū iplicet nō
esse: q: nō currere est nō currentē esse: tñ nullū v̄bū signi
ficat h̄ totū rē esse vel nō esse. Et h̄ ɔn̄r pbat p id de quo
Expo.4. magis vr̄ cū subdit [nec si hoc ipm est: purū dixeris ipz
qdē nihil est.] Ubi notādū est q̄ in greco h̄r: neq3 si ens
Ens origo eē. ipsum nudū dixeris: ipm qdē nihil est. Ad probādū.n.
q̄ verba non significāt rem eē vel nō esse: assumit id qd̄
est fons et origo ipsius esse.s.ipm ens de quo dicit q̄ ni/
Expo. Alex. hil est (vt Alexāder exponit) q: ens equoce dr̄ de decē
p̄dicamētis. Oē aūt equocū per se positū nihil sign̄at ni
si aliqd addat q̄ determinet eius sign̄ationē. Unde nec
Improb. ipsum p se dictū sign̄at qd̄ est vel nō est. ¶ Sz hec expō
A non vr̄ ɔueniēs. tum q: ens nō dr̄ proprie equoce. sed s̄z
Ens non proprie equiuo. prius et posterius. vn̄ simplr̄ dictū intelligit de eo quod
p prius dr̄. Tum ēt q: dictio equoca nō nihil significat.
sed multa significat: et qn̄q3 hoc qn̄q3 illud p ipsam acci/
pitur. Tū ēt q: talis expositio nō multū facit ad intētio/
Expō Porphyrii. nem p̄sentē. Un̄ Porphyrius aliter exposuit q̄ hoc ipm
ens nō significat nām alicuius rei sicut hoc nomē hō vel
sapiens. sed solū designat quādā ɔiūctionem: vn̄ subdit
q̄ [cōsignificat quādā compōnē quā sine cōpositis non
Improb. est intelligere.] ¶ Sed neq3 hoc ɔuenienter videt dici
q: si non significaret aliquā rem sed solū coniūctionē: nō
esset neq3 nomen neq3 verbū sicut nec cōpositiones aut
Expō amo. ɔiunctiones. ¶ Et ideo aliter exponēdū est sicut Amo/
nius exponit. q̄ ipsum ens nihil est id est non significat
verū vel falsum. Et rōnē huiꝰ assignat cū subdit. Consi/
gnificat aūt quandā compōnē. Nec accipit hic (vt ipse
B dicit) ɔsignificat sicut cū dicebat q̄ verbū ɔsignificat tē
pus: sed ɔsignificat id est cū aliquo significat.s.alij adiū
ctum cōpōnem significat que nō pōt intelligi sine extre/
Improb. mis cōpōnis. ¶ Sed q: hoc cōe est oibus noibus et ver
bis: non vr̄ hec expositio esse s̄m intentionē Ar̄. qui as/
Expō vera. sumpsit ipsum ens q̄si quoddā sp̄ale. ¶ Et iō vt magis
sequamur verba Aristotelis: cōsiderandū est qd̄ ipse di
xerat q̄ verbū nō significat rem esse vel non esse sed nec
ipsum ens significat rē esse vel non esse. Et hoc est qd̄ di
cit nihil est id est nō significat aliquid esse. Etenim h̄ ma
Ens quid. xime videbat de hoc qd̄ dico ens. q: ens nihil est aliud
q̄3 qd̄ est. Et sic vr̄ et rem significare per hoc qd̄ dico qd̄:
et esse per hoc qd̄ dico est. Et siquidē hec dictio ens signi
ficaret esse p̄ncipalr̄: sicut significat rem que h̄3 esse: pro/
culdubio significaret aliqd esse. Sed ipsam cōpōnē que
importatur in hoc qd̄ dico est nō p̄ncipaliter significat:
Cōsignifica° ad veritatem vel falsi. sed cōsignificat eā inquātū sign̄at rē3 h̄ntē esse. Un̄ talis
ɔsignificatio compōnis nō sufficit ad veritatē vel falsita
tem: q: cōpositio in qua cōsistit veritas et falsitas nō pōt
intelligi nisi s̄m q̄ inectit extrema cōpōnis. Si vō dicat
C nec ipsū est vt libri nostri h̄nt: planior est sensus. Quod
enim nullū verbū significat rem esse vel non esse: probat
per hoc verbū est qd̄ s̄m se dictū non significat aliqd eē
l3 significet esse. Et q: hoc ipsum esse vr̄ compositio que
dam: et ita hoc verbū est qd̄ significat esse. pōt videri si/
Expō vlti. gnificare compōnem in qua sit verū vel falsum: ad hoc
excludēdū subdit q̄ illa cōpositio quā significat hoc ver
bū est nō pōt intelligi sine cōponētibus: q: depēdet eius
intellectus ab extremis que si apponātur non est perfe/
ctus intellectus cōpōnis vt possit in ea esse verū vel fal
sum. Ideo aūt dicit q̄ hoc verbū est. cōsignificat cōposi/
tionem q: non eā principalr̄ significat: sed ex ɔsequenti.

Significat enim illud qd̄ p̄mo cadit in intellectu p mo
dum actualitatis absolute. Nam est simplr̄ dictū signifi
cat in actu esse. et ideo significat per modū verbi. Quia
vō actualitas quā principalr̄ significat hoc verbū est.
est cōiter actualitas ois forme: vel actus sub̄alis vel ac/
cidētalis. inde est q̄ cū volumus significare quācūq3 for
mam vel actū actualiter inesse alicui subiecto: significa/
mus illud per hoc verbū est. simplr̄ qdē s̄m p̄sens tp̄s.
s̄m qd aūt s̄m alia tēpora. Et ideo ex ɔn̄ti hoc verbum
est significat cōpositionē.

LECTIO. VI.

¶ Oratio est vox significatiua: cuius partiū
aliqua separata significat: vt dictio: sed nō af
firmatio: vel negatio.

Oratio autem est vox significatiua: Com.4.
cuius partium aliquid significati/
uum est separatum: vt dictio: nō vt
affirmatio: vel negatio.

Postq̄3 Phs determinauit de noie et de ver/
bo q̄ sunt p̄ncipia mālia enūciationis: vtpo D
te ptes eius existes: nūc determinat de orō/
ne que est p̄n^m formale enūciationis: vtpo/
te genus eius existens. Et circa hoc tria fa
cit. Primo.n. pponit diffōnem orationis. Scdo exponit
eā. ibi [Dico aūt vt hō &c.] Tertio excludit errorē. ibi Du°.
[Est aūt orō ois &c.] Circa p̄m ɔsiderandū q̄ Phs in Cur Ar. posuit i diff: ne orōnis vox signi.
diffōne orōnis ponit illud in quo oratio ɔuenit cū noie
et verbo cū dicit orō est vox significatiua: qd̄ ēt posuit in
diffōne nois: et pbauit de verbo qd̄ aliqd significet. Nō Qui pretermi. i diff. v.
aūt posuit in eius diffōne: q: supponebat ex eo qd̄ posi/
tum erat in diffōne nois studens breuitati: ne idem fre/
quēter iteraret. Iterat tñ h̄ in diffōne orōnis: q: significa Rn̄sio
tio orationis differt a significatione nois et verbi: q: no
men vel verbū significat simplicē intellm̄: orō vō signifi
cat intellectū cōpositū. Scdo aūt ponit id in quo orō dif Expo.2ª. Lec.4.
fert a noie et verbo: cū dicit [Cuius partiū aliqd signifi/
catiuū est separatim.] Supra.n. dictū est q̄ pars nois
nō significat aliqd p se separata: sed solū qd̄ est cōiunctū ex E
duabus ptibus. Signāter aūt nō dicit cuius pars est si/
gnificatiua aliqd separata: s3 cuius aliquid partiū est si/ Negō et syncatheg. quid signifi.
gnificatiuū: ppter negationes et alia syncathegoremata: q̄
s̄m se nō sign̄ant aliqd absolutū: sed solū habitudinem
vnius ad alterum. Sed q: duplex est significatio vocis. Uocis 2ª signi.
vna que refert ad intellectū cōpositū. alia q̄ refertur ad
intellectū simplicē. prima significatio cōpetit orationi.
scda non cōpetit orationi sed parti orationis. Un̄ subdit
[vt dictio: nō vt affirmatio.] Quasi dicat pars orōnis
est significatiua sicut dictio significat: puta vt nomen et Expo. vlti. Cur p̄termi. negatio.
verbum: non vt affirmatio que cōponit ex noie et v̄bo.
Facit aūt mētionē solū de affirmatione et nō de negatio/
ne: q: negatio s̄m vocē supaddit affirmationi. Un̄ si ps
orationis ppter sui simplicitatem non significat aliquid
vt affirmatio: multo minus vt negatio. ¶ Sed ɔ̄ hanc Obiectio Aspasij
diffōnem Aspasius obijcit q̄ videtur nō oibus partib⁹
orationis cōuenire. Sūt.n. quedā orationes quarū par/
tes significant aliqd vt affirmatio: vtputa si sol lucet su/ Rn̄sio Porphyrij.
per terrā dies est: et sic de multis. ¶ Et ad hoc respōdet
Porphyrius q̄ in quocūq3 genere inuenitur prius et po
sterius oz diffiniri qd̄ prius est. Sicut cū dat diffō alicu F
ius spēi: puta hois intelligit diffō de eo qd̄ est in actu nō
de eo qd̄ est in potētia. Et iō q: in genere orōnis p̄us est
oratio simplex. inde est q̄ Aristoteles p̄us diffinivit ora Rn̄° Alex. et Amonij.
tionem simplicē. ¶ Uel pōt dici s̄m Alexādrū et Amo/
nium q̄ hic diffinit oratio in cōi. Un̄ oz poni in hac dif/
finitione id qd̄ est cōe orationi simplici et cōposite. Habe
re aūt ptes significātes aliqd vt affirmatio hoc solū cō/

petit orationi cõpositeꝛ sꝫ habere partes significãtes aliquid p modũ dictionis ꝛ non p modũ affirmationis. est cõe orõni simplici ꝛ cõposite. Et iõ hoc debuit poni i diffinitione orõnis. Et ſm hoc non dꝫ intelligi esse de rõne orõnis ꝙ pars eius nõ sit affirmatio: sed qꝛ de rõne orõnis est ꝙ ps eius sit aliqd qð significat per modũ dictionis non per modũ affirmationis. Et in idẽ redit solutio Porphyrij quãtũ ad sensuꝫ lꝫ quãtũ ad verba parũper differat. Quia.n. Aristoteles freqũẽter ponit dicere p affirmare: ne dictio pro affirmatiõe sumat̃ subdit ꝙ ps orõnis significat [vt dictio.] ꝛ Addit nõ [vt affirmatio.] q̃si diceret ſm sensum Porphyrij: nõ accipit̃ nunc dictio ſm ꝙ idẽ est ꝙ affirmatio. ℭ Phs aũt qui dicit̃

Sol. Jo. grãmati.

Joãnes grãmaticus voluit ꝙ hec diffõ orõnis daret̃ solum de orõne perfecta eo ꝙ partes nõ vident̃ esse nisi alicuius pfecti. sicut oẽs partes domus referuntur ad domum. ꝛ ideo ſm ipsuꝫ sola oratio pfecta hꝫ partes significatiuas. Sed ñ hic decipiebatur: qꝛ quãuis oẽs ptes

Improb. G

referant̃ ad totũ pfectũ. q̃dã tñ partes referunt̃ ad ipm imediate sicut paries ꝛ tectũ ad domũ: ꝛ mẽbra organica ad animal. quedã do mediãn bus partibus pncipalibus sicut lapides referuntur ad domũ mediãte pariete. nerui aũt ꝛ ossa ad aial mediantibus mẽbris organicis sicut manus ꝛ pedes ꝛ hꝫ. Sic ḡ oẽs ptes orõnis pncipaliter referunt̃ ad orõnẽ pfectã: cuiꝰ ps est orõ imperfecta: ꝛ q̃ etiã ipsa hꝫ ptes significãtes. Vñ ista diffõ ꝯuenit tam orõni pfecte q̃ꝫ imperfecte. ℭ Deinde cum dicit.

Diuersa rela. partiũ ad totum.

Diffõ orõnis quibus conue.

ℭ Homo nãqꝫ significat quidem aliquid: at non esse: aut non esse. Sed erit affirmatio: aut negatio: si aliquid ipsi addideris.

ℭ Dico autem: vt homo significat aliqd: sed non quoniã est: aut nõ est. Sed erit affirmatio: vel negatio: si quid addatur.

Expo. 1ª. pt. diff.

ℭ Exponit ppositã diffõnẽ. Et p̃ manifestat verum esse qð dr. Secũdo excludit falsuꝫ intellectũ. ibi [Sed non vna hois sylla.] Exponit ergo qð dixerat aliquid partium orationis esse significatiuũ sicut hoc nomẽ homo quod est pars orationis significat aliqd: sed non significat vt affirmatio aut negatio. qꝛ nõ signãt esse vel nõ esse. Et hoc dico non in actu. sed solum in potẽtia. Põt.n. aliquid addi per cuius additioneꝫ fit affirmatio vel negatio. s. si addatur ei verbum. ℭ Deinde cum dicit.

Expo. t

Expo. litt.

ℭ Una do syllaba hois nihil signãt. Nec enĩ hac in dictione musica: mus significat aliqd: sed vox tñ est. In compositis aũt significat quidem: sed non per se (vt antea diximus.)

ℭ Sed nõ vna nois syllaba. Nec in hoc quidem qð est sorex: rex significat: sꝫ vox est nũc sola. In duplicibus do significat quidẽ: sed non ſm se: sed quemadmodum dictum est:

H

Sensus falsus.

Uerus

ℭ Excludit falsuꝫ intellectũ ꝛ posset hoc referri ad imediate dictũ vt sit sensus ꝙ nomẽ erit affirmatio ꝛ negatio si quid ei addat̃. sed nõ si addat̃ ei vna nois sylla. Sed qꝛ huic sensui nõ ꝯueniũt verba sequẽtia: opꝫ ꝙ referatur ad id qð supra dictũ est in diffõne orõnis. s. ꝙ aliqd partium eius sit signãtiuũ separatim. Sed qꝛ ps alicuiꝰ totius dr ꝓprie illud qð imediate venit ad ꝯstitutioneꝫ totius: nõ aũt ps ptis. iõ hoc nõ itelligẽdũ est de partibus nois vel dbi q̃ sunt sylle vel lre. Et iõ dr ꝙ ps orõnis est signãtiua sepata: nõ tñ talis pars q̃ est vna nois sylla. Et hoc manifestat in syllabis que qñqꝫ pñt esse dictiones p se significãtes. sicut hoc qð dico rex. qñqꝫ est vna dictio per se significantes: inquãtũ do accipitur vt vna quedã syllabe huius nois sorex soricis non significat aliqd per se. sed est vox sola. Dictio enĩꝫ quedã cõposita est ex pluribus vocibus: tñ in significãdo hꝫ simplicitatẽ inquantum. s. significat simplicẽ intellectũ. Et ideo inquãtũ est vox cõposita põt habere partẽ q̃ est rex. inquãtũ aũt est simplex in significãdo non põt hẽre partẽ significãtẽ. Vnde sylle quidẽ sunt voces: sed nõ sunt voces per se significãtes. Sciendũ tñ ꝙ in noibus cõpositis que iponunt̃ ad significãdum rem simplicẽ ex aliquo intellectu composito: partes ſm apparẽtiã aliqd significãt: lꝫ nõ ſm veritatẽ. Et iõ subdit ꝙ in duplicibus. i. in noibꝰ cõpositis: sylle que pñt eẽ dictiones: in cõpõne nois veniẽtes: significãt aliqd. s. in ipso cõposito. ꝛ ſm ꝙ sunt dictiones. nõ aũt significãt per se prout sunt huiꝰ nominis partes: sed eo modo sicut supra dictum est. ℭ Deinde cum dicit.

Pars ꝯpletiua.

Expo. pª.

2ª

I

Dictio cõposita, simplex i signi.

Partes nõ. segate signi.

Expo. litt.

ℭ Aut do omnis oratio significatiua quideꝫ est: at non vt instrumentum: sed ex instituto: quemadmodum dicimus.

ℭ Est autem oratio omnis quidem significatiua: non sicut instrumentum: sed (quemadmodum dictum est) ſm placitum.

K

Error dicẽ. orõ. ꝛ partes eiꝰ nãlr signi.

ℭ Excludit quedã errorẽ. Fuerunt.n. aliq̃ dicẽtes ꝙ orõ ꝛ eius ptes significãt nãlr nõ ad placitũ. Ad probãduꝫ aũt hoc vtebãtur tali rõne. Virtutis nãlis opꝫ esse nãlia instrã: qꝛ nã nõ deficit in necessarijs. Potẽtia aũt interptatiua est nãlis. ergo instrã eius sunt nãlia. Instrm autẽ eius est orõ. qꝛ per orationẽ virtus interpretatiua interpretatur mentis ꝯceptũ. Hoc enim dicimus instrm quo agens opatur. ergo oratio est aliqd nãle: nõ ex instituto nec humana significãs sed nãliter. Huic autẽ rõni q̃ dr eẽ Platonis in libro qui intitulatur Cratilio: Aristoteles obuiãdo dicit ꝙ oratio est significatiua nõ sicut instrm virtutis. s. nãlis: qꝛ instrã nãlia virtutis iterptatiue sunt guttur ꝛ pulmo qbus formatur vox ꝛ lingua ꝛ dentes ꝛ labia qbus literati soni ac articulati distinguũtur. oratio aũt ꝛ partes eius sunt sicut effectus virtutis interptatiue per instrumẽta predicta. Sicut enim virtus motiua vtitur nãlibus istrumẽtis sicut bracchijs ꝛ manibus ad faciẽdum opera artificialia: ita virtus interpretatiua vtitur gutture ꝛ alijs instris nãlibus ad faciẽdũ orationem. Vñ oratio ꝛ partes eius nõ sunt res nãles. sed quidam artificiales effectus. Et iõ subdit ꝙ oratio significat ad placitũ id est ſm institutionẽ humane rõnis ꝛ voluntatis. vt supra dictũ est. sicut ꝛ oia artificialia causant̃ ex humana volũtate ꝛ rõne. ℭ Sciẽdũ ergo ꝙ si virtutem interptatiuã nõ attribuamus virtuti motiue sed rõni sic nõ est virtus nãlis. sed supra oẽm nãꝫ corporeã: qꝛ intellẽs non est actus alicuius corpis. sicut pbat̃ in 3º de aia. Ipsa aũt rõ est que mouet virtutẽ corporalẽ motiuã ad opa artificialia qbus ẽt vt instrumẽtis vtitur rõ. Nõ sunt aũt instra alicuius virtutis corporalis. Et hoc modo põt ẽt vti oratione ꝛ eius partibꝰ quasi instris: quãuis non nãliter significent.

Rõ ad plato.

Instra nã. vir. interp.

Expo lr.

Instra vir. moᵉ.

L

Orõ ꝛ ptes.

Expo. litt.

Lec. 4.


Rõ supra naturã corpo.

Le. 7. ꝛ cõ. 4. ꝛ 6.

LECTIO. VII.

ℭ Nõ ois aũt enũtiatiua: sed ea tñ q̃ vera est: aut falsa. Qð qdẽ nõ oibus orõnibꝰ cõpetit.

ℭ Enuntiatiua do non omnis: sed illa in qua verum: vel falsum est.



Ostq̃ꝫ Phs determinauit de pncipijs enũtiationis hic icipit determinare de ipsa enũtiatione. Et diuidit̃ pars hec in duas. qꝛ in pº determinat de enũtiatione absolute: in secũda de diuersitate enuntiationũ q̃ ꝯuenit ſm ea q̃ simplici enũtiationi addunt̃. ꝛ h in 2º libro. ibi [Qm̃ aũt est enũtiatio de aliquo affirmatio.] Pmo aũt

M

Lec. 1.

Lec. 8. Lec. 9.

para diuidit in ptes tres. In pma diffinit enūtiationē. In scda diuidit eā. ibi [Est aūt vna pma oratio.] In tertia agit de oppōne partiū eius adinuicē. ibi [Qm̄ autē est enūtiare rē.] Circa pm̄ tria facit. Primo ponit diffōnem enūtiationis. Scdo ostēdit q per hāc diffōnem differt enūtiatio ab alijs spēbus orationis. ibi [Nō autē in oibus rē.] Tertio oñdit q de sola enūtiatiua est tractandū. ibi [Et cetere qdē relinquant.] Circa pm̄ considerādū q oratio quāuis nō sit instrm̄ alicuius virtutis nāliter operātis: est tñ instrm̄ rationis vt supra dictū est. Omne autē instrm̄ opz diffiniri ex suo fine qui est vsus instri. Usus aūt orationis sicut & omnis vocis significatiue est significare ɔceptum intellectus. Due autē sunt opationes intellectus in quarum vna nō inuenitur veritas & falsitas: in alia aūt inuenit verū & falsum. Et ideo orōnē enūtiatiuā diffinit ex significatione veri & falsi dicens q [nō ois orō est enūtiatiua: sed in qua verū vel falsum est.] Ubi ɔsiderandū est q Ar. mirabili breuitate vsus & diuisionem orationis inuit in hoc q dicit: nō ois orō est enūtiatiua. & diffōnem in hoc q dicit: sed in qua verū vel falsum est. Ut intelligat q hec sit diffō enūtiationis enūtiatio est orō in qua verū vel falsum est. Dr aūt in enūtiatione esse verū vel falsum sicut in signo intell'ꝰ veri vel falsi. Sed sicut in subiecto est verum vel falsum in mēte. vt dr in sexto metaphysice. In re autē sicut in causa: qr vt dr in libro pdicamētorum: ab eo q res est vel nō est: oratio vera vel falsa est. ¶ Deinde cum dicit.

Notandum
Oro, instrm̄ ra.
Diffō, instri.
A
Expo. pe
Enun° quid
Lec. vltima & cō. 8.
In post pdi.

¶ Nam sit quidem oratio cum quispiā optat: non tamen vera est: aut falsa.

¶ Non aūt in omnibus: vt deprecatiua oratio quidē est: sed neqz vera: neqz falsa.

B
Ve. vel fal. in quo cōsist.

¶ Oñdit q per hāc diffinitionē enūtiatio differt ab alijs orationibus. Et qdē de orōnibus impfectis manifestum est q nō significāt verū vel falsum: qr cū nō faciāt pfectū sensum in animo auditoris: manifestū est q perfecte nō exprimunt iudiciū rōnis in quo cōsistit verū vel falsum. His igitur ptermissis sciēdum est q perfecte orationis que cōplent sniam quinqz sunt spēs: videlicet enūtiatiua: deprecatiua. impatiua: interrogatiua: & vocatiua. Non tñ intelligendū est q solū nomē vocatiui casus sit vocatiua oratio: qr opz aliqd partiū orationis significare aliquid separatim. sicut supra dictū est. sed p vocatiuū prouocatur siue excitat animus audiētis ad attēdēdū. Nō aūt est vocatiua orō nisi plura ɔiungant. vt cū dico o bone Petre. Harū orationū sola enūtiatiua est in qua inuenitur verū & falsum: qr ipsa sola absolute significat ɔceptū intell'ꝰ in quo est verū vel falsum. Sed qr intell'ꝰ vel rō non solū ɔcipit in seipso veritatē. sed ēt ad eius officium ptinet sm suū ɔceptū alia dirigere & ordinare: ideō necesse fuit q sicut per enūtiatiuā orationē significatur ipse mentis cōceptus: ita ēt essent alique alie orationes significātes ordinē rōnis sm quā alia dirigūtur. Dirigitur aūt ex rōne vnius hoīs alius hō ad tria. Primo quidem ad attēdendū mentē: & ad hoc ptinet vocatiua oratio. Scdo ad respōdēdū voce & ad hoc pertinet interrogatiua. Tertio ad exequēdū in opere: & ad hoc pertinet quātum ad inferiores oratio imperatiua. quātum autē ad supiores orō depcatiua ad quā reducitur orō optatiua: qr respectu superioris homo nō hz vim motiuā nisi per expssionē sui desiderij. Quia igit iste quattuor orōnis spēs nō significāt ipsum ɔceptū intellectus in quo est verum vel falsum sed quēdā ordinē ad hoc ɔsitē: inde est q in nulla eaꝝ inuenit verū vel falsum. sed solū in enuntiatiua q̄ significat id qd de rebus cōcipitur. Et inde est q oēs modi orōnum in qbus inuenit verū vel falsum sub enūtiatione ɔtinētur quā qdā dicūt indicatiuā vel suppositiuam. Dubitatiua aūt ad interrogatiuā reducit sicut & optatiua ad deprecatiuā. ¶ Deinde cum dicit.

Perfecte orationis que sunt spēs.
Oro vocat°.
Ver. & fal. in sola enun.
C
Necessitas aliarū ora.
Suffi° ora.
D
Significatio. 4. spērum ora.
Cur in sola enū. ve. & fal.
Dubi° & opt°

¶ Orōnes igitur cetere omittantur. Ad oratoriam enim artem: aut poesim illarū magis consideratio pertinet. Enuntiatiua vō presentis est propria contemplationis.

¶ Et cetere quidē relinquunt. Rhetorice. n. vel poetice cōuenientior cōsideratio est. Enūtiatiua vō presentis speculationis est.

¶ Ostēdit q de sola enūtiatiua est agendū. & dicit q alie quattuor orationis spēs sunt relinquēde quātū pertinet ad presentē intentionē qr eaꝝ ɔsideratio ɔuenientior est rhetorice vel poetice scie. Sed enūtiatiua oratio presentis cōsiderationis est. Cuius rō est. qr ɔsideratio huius libri directe ordinat ad sciam demōstratiuā in qua animus hoīs per rōnē inducit ad ɔsentiendū vō ex his que sunt ppria rei. Et iō demōstrator nō vtit ad suū finē nisi enūtiatiuis orōnibus significātibus res sm q earū veritas est in aīa. Sed rhetor & poeta ducūt ad assentiēdū ei qd intendunt non solū per ea que sunt propria rei: sed etiā per dispōnes audientis. Unde rhetores & poete plerūqz mouent auditores in eum: prouocādo eos ad aliquas passiones. vt Phus dicit in sua rhetorica. Et ideo consideratio dictarū specierum orationis que pertinet ad ordinationē audientis in aliquid: cadit proprie sub cōsideratione rhetorice vel poetice ratione sui significati. Ad considerationem aūt grāmatici prout consideratur in eis ɔgrua vocū ɔstructio. LECTIO. VIII.

Expo. tex.
E
Cur de sola enun.
Demō°, quibus vtatur.
F
Que oro ad rhetori, vel poe.
Ad grāmat.

¶ Est itaqz vna prima enūtiatiua oratio: affirmatio: deinde negatio. Cetere vō omnes cōiunctione sunt vna.

¶ Est autem vna prima oratio enuntiatiua affirmatio: deinde negatio: alie vero coniūctione vne.

Postqz Phs diffiniuit enūtiationē. hic diuidit eā. Et diuidit in duas ptes. In pª ponit diuisionē. In scda manifestat eā. ibi [Nece est autē.] Circa pm̄ ɔsiderādum est q Ar. sub breuilogo duas diuisiones enūtiationis ponit. Quaꝝ vna est q enūtiatio q̄dam est vna simplex: q̄dā est ɔiūctione vna. sicut ēt in rebꝰ q̄ sunt ex animā: aliqd est vnū simplex sicut indiuisibile vel ɔtinuum aliqd est vnū colligatiōe: aut cōpōne: aut ordine. Quia enim ens & vnū ɔuertunt necesse est sicut oēm rē ita & oēz enūtiationē aliqualr esse vnā. Alia vō subdiuisio enuntiatiōis est q si enūtiatio sit vna: aut est affirmatiua aut negatiua. Enūtiatio aūt affirmatiua pꝛior ē negatiua triplici rōne sz tria q̄ supra posita sunt vbi dictū est q vox est signū intell'ꝰ: & intell'ꝰ est signum rei. Ex pte igit vocis affirmatiua est pꝛior negatiua: qr est simplicior: negatiua enim enūtiatio addit supra affirmatiuā particulā negatiuā. Ex pte aūt intell'ꝰ ēt affirmatiua enūtiatio q̄ signat cōpositionē intell'ꝰ est prior negatiua q̄ significat diuisionē eiusdē. Diuisio. n. nāliter posterior est cōpōne. Nā nō est diuisio nisi cōpositoꝝ: sicut non est corruptio nisi gñatorū. Ex parte aūt rei affirmatiua enūtiatio q̄ signat esse: prior est negatiua que signat nō esse: sicut habitus nāliter pꝛior est pꝛiuatione. Dicit ḡ q orō enūtiatiua vna & pª ē affirmatio. i. affirmatiua enūtiatio. Et ɔ h qd dixerat pª: subdit [deinde negō] i. negatiua orō. qr ē posterior affirmatiua vt dcm̄ est. Cōtra id aūt qd dixerat vna simplr subdit [q̄dā alie sunt vne nō simplr. sz ɔiūctiōe vne.] ¶ Ex h aūt qd hic dr argumētat Alexā. q diuisio enūtiationis i af-

G
Notandum
Pria diui° enun.
4. meth. t. c. 3
Lec. 2.
Subdiui° enun.
Lec. 2.
Enū. affir. pꝛior nega.
H
Diuiso posterior cōpōne.
Obiectio. Alexan.

firmationē ⁊ negationem nō est diuisio gn̄is in spēs:sed
diuisio nois multiplicis in sua significata. Genus.n.vni
I voce pdicat de suis spēb⁹.nō ſm prius ⁊ posteri⁹. Unde
Ar.noluit q ens eēt genus cōe oium:q2 p prius pdica
Rn̄sio tur de subā q̄z de nonē gn̄ibus accn̄tiuz. ¶ Sed dōm q̄
Diuidēntiū vnū diuidētiū aliqd cōe pōt esse prius altero dupl'r. Uno
vnum prius 2ᵐ mō ſm ppias rōnes aut naturas diuidētiū.alio modo
ſm participationē rōnis illi⁹ cōis qd in ea diuidit. Pri
Prioritas mū aūt nō tollit vniuocationē gn̄is.vt manifestuz est in
rōne ꝯuniuo. numeris:in qb⁹ binarius ſm rōnē ppiā prior est terna
rio:sed tn̄ equal'r pticipāt rōnē gn̄is sui.s.numeri:ita.n.
est ternarius multitudo mēsurata p vnū sicut ⁊ binari⁹.
Ens nō esse Sed scōm ipedit vniuocationez gn̄is. Et pp hoc ens nō
genus. pōt esse genus subē ⁊ accn̄tis:q2 in ipsa rōne entis suba
que est ens per se prioritatē hz respectu accidētis qd est
Aff.r⁹ prior ens per aliud ⁊ in alio. Sic ergo affirmatio prior est ne
nega. gatione ſm ppiā rōnē:tn̄ equaliter pticipant rōnē enū
tiationis quā supra posuit:videlicet q enūtiatio est ora
tio in qua verū vel falsum est. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Necesse est aūt enūtiatiuā oēm oronem:ex
v̄bo:aut casu verbi ꝯstare. Etenim ⁊ ipsa ho
minis rō:nisi ē:vel erat:vel erit:aut aliqd ta
le addideris:nōdū est enuntiatiua sane oro.

¶ Necesse est aūt oēm orationē enūtiatiuā ex
verbo esse:vel casu verbi. Eteni hois rōni si
nō aut est:aut fuit:aut erit:aut aliquid hmōi
addatur:nondum est oratio enuntiatiua.

¶ Manifestat ppositas diuisiones. Et p̄ manifestat pmā
s.q enūtiatio vel est vna simpl'r vel ꝯiunctione vna. Se
K cūdo manifestat scōam.s.q enūtiatio simpl'r vna vel est
affirmatiua vel negatiua.ibi [Est aūt simplex enuntia
tio ⁊c.] Circa p̄ᵐ duo facit. Primo pmittit qdaz q̄ sunt
necessaria ad ppositū manifestādū. Scōo manifestat p
Expo.pᵉ positū.ibi [Est aūt vna oratio.] Circa pmūz duo facit.
cinationis est (vt pz) principiũ, atq̃z i affirmatiua q̃dẽ affirmatiua, i negatiua vero ẽ negatiua: cõstat aũt affirmatiuã negatiuã priorẽ eẽ notiorẽue, negõ nãq̃z p affirmationẽ innotescẽ solet: pcedit q̃z negõnez affirmatio, pinde ac eẽ pcedit nõ eẽ: affirmatiua, pfecto dmr̃atio pbabilior ẽ negatiua, qppe cũ principiũ ipsi⁹ negatiue sit principio pstabili⁹, eãq̃z pstabiliorẽ eẽ oporteat, q̃ pstabiliorib⁹ principiis vtit̃.

C Ampli⁹ si principiũ sylli. ppõ vlis imediata ẽ, est aũt i demr̃atiua affirmatiua: i puatiua aũt negatiua vlis ppõ: affirmatiua aũt negatiua prior ⁊ notior: p affirmatiuaz. n. negatiua nota est, ⁊ prior affirmatiua ẽ: sic prius est eẽ q̃z nõ eẽ, q̃re poti⁹ est principiũ demõstratiue q̃z priuatiue. Dignioribus aũt pricipiis vtit̃ dignior.

A Expo. pñ. p. pte. i. — C Et dicit q pri^m demr̃atiui sylli est propõ vlis imediata, ita tñ q affirmatiui sylli est pri^m ppriũ affirmatiua ppõ, negatiui aũt sylli ppriũ pri^m negatiua ppõ vlis. Sed nobilioris principii nobilior ẽ effectus. Ergo sm pportionẽ ppõnis affirma^{ue} ad negatiuã est pportio demr̃ationis affirma^{ue} ad negatiuã. Sz affirma^{ua} ppõ est potior q̃z negatiua. Q̃d pbat 2^r. Primo q̃dẽ q2 affir^{ua} est prior ⁊ notior cũ p affirmatiuã pbet̃ negatiua ⁊ non ẽ. Scdo, q2 affirmatio pcedit nãlr negõnẽ, sicut esse prius est q̃z nõ eẽ, q̃uis in vno ⁊ eodẽ q̃d de nõ eẽ in esse pcedit, nõ esse sit prius tpe, eẽ tñ est prius nã. ⁊ simplr prius ẽ tpe, q2 nõ entia nõ pducunt̃ in eẽ, nisi ab aliq̃ ente, ĝ pz q affirma^{ua} demõstratio ẽ potior q̃z negatiua. C Quitã rõnẽ põit ibi. Ulti. Expo. reliq̃rum.

C Insuper antiquior est. Nam absq̃z affirmatiua negatiua esse non potest.

C Adhuc ⁊ principalior est. Sine eniz demõstratiua non esse priuatiua.

B Expo. ter. — C Que talis est. Illud ex quo aliud depẽdet, ẽ principali⁹. Sed demõstratio negatiua depẽdet ex affirmatiua, q2 nõ põt esse negatiua demõstratio sine affirmatiua ppõne, que nõ pbat̃ nisi per affirmatiuã demõstrationẽ. Ergo demõstratio affirmatiua est principalior q̃z negatiua.

C Cum aũt affirmatiua prestabilior sit negatiua, patet rectam etiam ea prestabiliorez esse, que ad id deducit, quod fieri nequit.

T. c. 41. C Qm̃ aũt cathegorica priuatiua dignior sit: mãifestũ ẽ ⁊ ad ipõle ducẽte. LECTIO. XL.



Ostq̃z Phs õñdit q demr̃atio vlis dignior est particulari, ⁊ affirmatiua negatiua, hic ostẽdit tertio q̃ ostẽsiua potior est ea q̃ ducit ad impole. Et circa h̃ tria facit. Primo pponit q̃d itẽdit. Scdo p̃mittit q̃dã necẽa ad ppositũ oñdẽdũ. ibi [Opz aũt scire.] Tertio pbat ppositũ. ibi [Nã aũt prior ⁊c.] Dicit ergo p̃. q q2 ostẽsum est, q affirmatiua demõstratio est potior q̃z negatiua, ex hoc vlterius sequit̃, q affirmatiua demõstratio ostẽsiua est potior ea q̃ ducit ad ipole. C Deinde cum dicit.

C Expõ ter.

C Atq̃z p̃ scire diam ipsaz opz. Igit̃. a. q̃dez nulli. b. cõpetat. b. vero cuilibet insit. c. Atq̃z h̃ pacto negatiua recta sit demr̃atio: qua q̃dez a. pcessione recta nulli. c. cõpetere demr̃at̃.

C Opz aũt scire que dña sit ipsaz. Si igit̃. a. i nullo. b. inest. c. aũt oĩ. b. necesse est i nullo. c. esse. a. Sic igit̃ acceptis demr̃atiua priuatiua erit demõstratio: quoniã. a. in. c. non erit.

D — C Premittit q̃dã q̃ sunt necessaria ad propositũ oñdẽdũ. Et circa hoc tria facit. Primo ostẽdit que sit demonstratio negatiua. Scdo ostẽdit que sit demonstratio q̃ ducit ad ipole. ibi [Que vero ad impole.] Tertio cõcludit cõparationẽ vnius ad alterũ. ibi [Termini igit̃.] Dicit ĝ p̃. q ad ppositũ ostẽdẽdũ, opz cõsiderare diam ipsoz. s. demõstrationis negatiue ⁊ ducẽtis ad ipole. Si ergo accipiat̃ q. a. in nullo. b. sit. ⁊. b. sit i oĩ. c. ⁊ cõcludat̃. a. eẽ i nullo. c. erit demõstratio negatiua. C Deinde cuz dicit. Expo. p^e. 2ª Ulti.

C Sed ea que ducit ad id q̃d fieri neq̃t, sic sese hz. Nã si demõstrãdũ est. a. nulli cõpetere. b. sumẽdũ est ecõtra, cuilibet eidẽ ipm cõpetere. At. b. ẽt cuilibet. c. Quare fit vt. a. cuilibz cõpetat. c. Sit aũt notũ atq̃z cõcessum h̃ minime fieri posse. Non ergo fieri põt vt. a. cõpetat ipsi. b. q̃d si. b. conceditur ipsi cõpetere. c. fieri profecto nequit: vt. a. competat ipsi. b.

C Que vero est ad impole sic se hz. Si opus est demr̃are q. a. in. b. nõ sit: accipiẽdũ est affirmatiue. a. eẽ in. b. ⁊. b. i. c. Quare accit. a. i. c. eẽ. Hoc aũt sit notũ ⁊ certuz q̃d ipole est esse. Uide i anno.

E Expo. p^e 2^e — C Manifestat q̃ sit demr̃atio ducẽs ad ipole. Et dicit, q demõstratio ducẽs ad impossibile, hoc mõ se hz. Sit ita q oporteat demr̃are q. a. nõ insit. b. accipiamus oppo^m eius q̃d pbare volum⁹. s. oẽ. b. ẽ. a. ⁊ accipiam⁹ q. b. sit in. c. p hãc ppõnẽ, oẽ. c. est. b. ex q̃b⁹ seq̃tur ĝ, oẽ. c. est. a. ⁊ sit ita q notũ sit ⁊ cõcessuz apud oẽs q̃d est ipole. Et ex h̃ cõcludimus p̃mã eẽ falsaz. s. oẽ. b. est. a. ⁊ ita oportebit vel q nullũ. b. sit. a. vel saltẽ q q̃dã. b. nõ sit. a. C Sz h̃ sic intelligẽdũ est q̃d seq̃tur. a. nõ esse in. b. q̃n manifestũ est. b. esse in. c. q2 si manifestũ esset hãc esse falsam, oẽ. c. est. a. ⁊ si nõ esset manifestũ hãc esse verã, oẽ. c. est. b. non esset p cõsequẽs manifestũ hãc esse falsaz, omne. b. est. a. q2 falsitas cõclusionis poterat pcedere ex alterutra premissarum, vt ex supra dictis pz. C Deinde cum dicit. 3. ⁊ vlti. F Ad demon. ad ipole reg T. c. 18. et h̃.

C Termini igit̃ ordine sili disponunt̃, verũ dña cõsistit in ppõnũ negatiuaz cognitione, vtra inq̃uã istaz sit notior, vtrũ hec. a. nulli cõpetit. b. an ista. a nulli cõpetit. c. Cũ igit̃ conclusio notior ẽ, tuz ea sane fit demr̃atio: q̃ deducit̃ in id q̃d haudq̃z q̃z fieri põt. Sz cuz ea ppõ que in rõcinatione sumitur notior est: tum recta nimirum efficitur demonstratio.

C Termini q̃dẽ sili ordinant̃. Differt aũt in q̃ ⁊ q̃lis sit notior priuatiua ppõ: vtz igit̃ q̃ ẽ. a. b. nõ iest: aut. a c. nõ iest. Cũ igit̃ cõclo notior, q̃m nõ est. a. in. b. ad impole sit demõstratio. Cũ autẽ in syllogismo sit: demõstratiua est.

G Expo. p^e. — C Cõcludit cõparationẽ vtriusq̃z demõstrationis pmanifestate. Et p̃ ostẽdit in quo cõueniũt, q2 in sili ordinatiõe terminoz. Naz sicut in demõstratione negatiua accipit̃ b. mediuz inter. a. ⁊. c. ita in ea que ducit ad ipole. Scdo aũt ostẽdit diam, q2 differt in vtraq̃z demonstratione q̃ negatiua propõ sit notior, vtrũ. s. ista ppõ, nullũ. b. est. a. vel ista nullũ. c. est a. q2 in demõstratione ducẽte ad ipossibile accipit̃ ista propõ. c. nõ est. a. vt notior, q2 ex h̃ q ẽ 2. 3.

Poste. Tho.

a.non in.c.esse, ostēditur.a.nō esse in.b. vnde hec.c.non est.a.sumit̄ vt notior. Sed qn̄ illa que ponit̄ vt p̄missa i syllo, accipitur vt notior, tunc est demonstratiua, id est ostensiua demonstratio negatiua. ¶ Deinde cum dicit.

Altē.

¶ At ꝯstat ppōnē hāc.a.nulli cōpetit.b.poīē hac eē nā.a.nulli cōpetit.c. Ea nāq3 sūt ꝯclo ne p̄ora, ex qb⁹ emergit ipsa ꝯ. Atq3 p3 hāc q̄dē.a.nulli.c.cōpetit: ꝯclōnē eē, illā aūt.a.nulli.b.cōpetit, id esse, ex quo emergit ipsa ꝯclo.

¶ Natura aūt prior est que est q̄.a.in.b. non sit, q̄3.a.non in.c. Priora enim ꝛ notiora natura cōclusione sunt, ex qbus est ꝯclusio. Est autē que est.a.qdem in.c.non esse cōclusio, a.aūt non in.b.ex quibus est conclusio.

H Expo.pme. ¶ Ostēdit ppositū hoc mō. Ista ppō.b.nō est.a.est nāliter prior q̄3 ista ppō.c.nō est.a. Et hoc pbat per hoc q̄ 2ᵉ p̄misse ex qbus infertur ꝯ sunt nāliter priora ꝯclusione. 3ᵉ Sed in ordine syll.c.non est.a.ponitur vt conclusio, sed b.non est.a.ponitur vt id ex quo ꝯ infertur. ergo.b.non est.a.est nāliter prior. ¶ Consequenter cum dicit.

¶ Nō enim si fit vt qppiā tollatur, hoc qdem est ꝯclusio, illa vō ex qbus. Sed id qdem ex quo fit rōcinatio sic sese h3, aut totius ad ptē, aut ptis ad totū habeat rōnē. At.a.c.ꝛ.a.b. ppōnes: nō sic inter sese h̄nt, vt p3. Si igitur ea demōstratio que ex notioribus, prioribusq̄ue cōficit̄: semp est p̄stabilior: vtraq3 vō demōstratio dicta ex negatione qdē credit̄: altera tn̄ ex priore, altera ex posteriore: negatiua demōstratio recta p̄stabilior est ea simplr demōstratione, qua deducitur ad id qd̄ fieri nequit, quare p3 affirmatiuā quoq3 demonstrationem rectā: que qdē negatiue prestat, (vt patuit) prestabiliorem esse eadem.

¶ Nō.n.si ꝯtigit remoueri aliqd, hec ꝯclo ē: illa aūt sunt ex qb⁹. S3 h̄ qdē ex quo sylls̄ ē: qd̄ vtiq3 sic se h3: qm̄ aut totū ad ptē, aut ps ad totū se h3. S3 q̄ sunt.a.in.c.ꝛ.a.b. ppōnes nō sic se h̄nt adinuicē. Si igit̄ ex notioribus sit ꝛ credibilioribus, dignior est. Sūt aūt vtreq3. ex nō esse credibiles. Sed hec qdē ex priori: illa aūt ex posteriori: potior simplr vtiq3 erit ea q̄ est ad impōle priuatiua demōstratio: quare ꝛ cū hac dignior predicatiua. manifestum est q̄ ꝛ ea que est ad impossibile potior est.

I ¶ Remouet quādā obuiationē. Posset.n.aliqs dicere, q̄ ēt ista negatiua.c.nō est.a.est id ex quo ꝯcludit̄ in demōstratione ad ipoīe q̄.b.nō est.a. S3 h̄ excludit dicēs. Expo.pᵉ. q̄ per hoc q̄ ꝯ interimit̄ ꝛ ex eius interemptione interimitur aliqd̄ p̄missoꝝ, nō efficit̄ qd̄ p̄us erat ꝯ sit p̄nᵐ. ꝛ ecōuerso simplr ꝛ s̄m nām. sed solū quo ad aliqd. Nam ista est habitudo ꝯnis ꝛ p̄ncipioꝝ, q̄ interempta ꝯne interimitur p̄nᵐ. Sed illud qdem est sicut p̄nᵐ, ex quo syllogismus pcedit qd̄ se h3 ad ꝯnē vt totū ad partē, ꝛ ꝯ se h3 ad p̄nᵐ vt pars ad totū. Nam subm ꝯnis negatiue sumitur sub subo prime ppōnis. Non aūt ita se h̄nt.a.c.ꝛ a.b. ppōnes q̄ a.c.cōparet̄ ad.b. vt totū adptē. Nō enī b.a.accipit sub.c.a. s3 potius ecōuerso. Un̄ relinqtur q̄ l3 interēpto.c.a.cōcludat̄ interēptio ei⁹ qd̄ est.b.a. nālr tn̄.c.a.est ꝯ ꝛ.b.a.est p̄nᵐ, ꝛ per ꝯn̄s.b.nō est.a.est nālr notior, q̄3.c.nō est.a. Et ex hoc sic argumētat̄. Illa demōstratio est dignior, q̄ pcedit ex notioribus ꝛ prioribus. Sed demōstratio negatiua pcedit ex notiori ꝛ priori q̄3 demōstratio ducēs ad impōle. Utraq3.n.facit scire p aliquam negatiuā ppōnē, sed demōstratio negatiua pcedit ad faciēdā fidē ex hac ppōne negatiua.b.nō est.a. q̄ est nālr p̄or. Demōstratio aūt ducēs ad ipoīe pcedit ad faciēdū fidē ex hac ppōne negatiua.c.nō est.a.q̄ est posterior nālr. Relinqtur ḡ, q̄ demōstratio negatiua sit potior ea que ducit ad impōle. Sed affirmatiua est potior negatiua, vt supra ostēsum est, ergo demrātio affirmatiua ostēsiua est multo potior ea que ducit ad ipossibile. K 3ᵉ Altē. Lec.pce.

¶ Scia aūt est exactior, atq3 prior, ea q̄ est eadē ipsius eē: atq3 pp qd est, sed nō ea que est ipsius eē: sine ea q̄ est ipsius pp qd est. Et ea que nō ē de subiecto, vt arithmetica ipsa musica. Et itē ea q̄ est ex paucioribus ea q̄ est ex additiōe: vt arithmetica ipsa geometria. Ex additione autē dico hoc pacto. Unitas est suba vacās pōne punctū vō est cū3 positione suba. Hoc igitur ex additione esse dico.

¶ Certior aūt scia est ꝛ prior q̄cūq3 ipsius qa. ꝛ pp qd eadē est: sed non est ipsius qa, extra eā que est pp qd. Et q̄ nō est de subo, illa q̄ ē de subo: vt arithmetica armonica. Et q̄ ē ex minoribus ea q̄ est ex appositione. Dico autē ex minoribus eā que nō est ex additione: vt vnitas suba est sine pōne. pūctū aūt suba posita. Hoc āt ē ex appōne. L.cō.42.

LECTIO.XLI.

Ostēsō Phs cōparauit demōstrationes adinuicē, hic agit de cōparatione scie, que est demōstrationis effectus. Et diuidit̄ i duas partes. In p̄ma pte cōparat sciam ad scientiam. In scda cōparat scientiā, ad alios modos cognoscēdi. ibi [Scibile aūt ꝛ scia differunt.] Circa p̄mū duo facit. Primo cōparat sciam ad scia3 s̄m certitudinem. Secūdo s̄m vnitatē ꝛ pluralitatē. ibi [Una scia aūt ꝛc.] Circa primū ponit tres modos, qbus vna scia est certior alia. Primū modum ponit dicens, q̄ illa scia est prior ꝛ certior q̄3 alia, que.s.eadē facit cognoscere, ꝛ quia, ꝛ pp̄ter qd. Non aūt est illa certior que est cognoscitiua solum ipsius, quia, separatim ab ea que cognoscit pp qd. Hec enim est dispō scie subalternantis ad subalternatā, vt supra dictū est. Nam scia subalterna separatim scit, quia, nesciēs pp quid. Sicut chirurgicus scit q̄ vulnera circularia tardius curant̄, nō aūt scit pp qd. Sed hmōi cognitio p̄tinet ad geometrā, qui cōsiderat rōne3 circuli, s̄m quā partes eius nō appropinquāt sibi per modū anguli, ex qua ppinqtate cōtingit q̄ vulnera triangularia citius sanant̄. Scdm modū ponit dicens, q̄ illa scia que non est de subiecto, est certior illa q̄ est de subiecto. Et accipit̄ hic subm pro materia sensibili, qꝛ vt Phs docet in 2ᵒ phycoꝝ, quedā sunt scie pure mathematice, que oīno abstrahūt s̄m rōnem a materia sensibili. vt geometria ꝛ arithmetica, quedā aūt scientie sunt medie, que scil3 principia mathematica applicant ad materiā sensibilē, sicut perspectiua applicat p̄cipia geometrie ad lineā visualem, ꝛ armoniaca. s. musica applicat p̄ncipia arithmetice ad sonos sensibiles. Un̄ hic Lec.44. L Expo.pme Lec.15.ec.in 4ᵉ. M 2ᵉ L.cō.29.lc.3. t.cx.4.ec.cō.30.exp.alte.

A dicit q̄ arithmetica est certior q̄ musica ⁊ prior. Prior quidē, q̄ musica vtit̄ principijs eius ad aliud. Certior autem, q̄ incertitudo cātur per trāsmutationez mãe sensibilis, vnde quāto magis acceditur ad eā, tāto sciētia est minus certa. 3. Tertiū modū ponit dicēs. Que est ex paucioribus, est prior ⁊ certior ea, que est ex appositione .i. 4. q̄ illa q̄ se hz ex additione. Et ponit exēplum, sicut geometria est posterior ⁊ minus certa q̄ arithmetica. Dicūt enī se ea de qbus est geometria ex additione ad ea de q̄bus est arithmetica. Et hoc qdē planū est scd̄z pōnes platonicas scd̄m q̄s hic Ar. exponit, vtens eis ad ppositum ostēdēdū. Sicut frequēter in libris logice vtit̄ opinionibus aliorū phorū ad propositū manifestādū per modū

B Positio Plato exēpli. Posuit aūt Plato, q̄ vnū est suba cuiuslibet rei, q̄ nō distinguebat iter vnū qd̄ ↄuertit̄ cū ente, qd̄ significat subam rei, ⁊ qd̄ est pn̄ numeri, qd̄ considerat arithmeticus. Hoc ergo vnū, scd̄m q̄ recipit additionē positionis in ↄtinuo, accipit rōnē pūcti. Vñ dicebat, q̄ vnuz est suba non hñs pōnē. Punctū aūt est suba hñs pōnez, ⁊ sic punctū supra vnitatē addit pōnem. Et sicut ex vno causant̄ oēs numeri nō hñtes pōnē, ita ex pūcto scd̄m platonicos cāntur oēs quantitates ↄtinue. Nā pūctus motus facit lineā, linea mota facit superficiē, supficies mota facit corpus. Et scd̄m hoc quātitates cōtinue, de qbus est geometria, se hñt ex appositione ad numeros, de q̄bus est arithmetica. Vñ platonici posuerūt numeros esse

C formas magnitudinū, dicētes formā pūcti esse vnitatem, formā aūt linee esse binariū, propter duo extrema, formam aūt superficiei esse ternarium, ppter pmā supficiem triangularē .s. que tribus angulis terminatur, formam aūt corporis ponebat quaternariū, pp hoc q̄ prima figura corporea est pyramis triāgularis, q̄ quatuor angulos corporales hz, vnū quidē .s. in conum ⁊ tres in basim. ¶ Et scd̄m hoc pz q̄ comparatio certitudinis sciētiarum accipitur hic scd̄m duo. Nā primus modus accipitur scd̄m q̄ cā est prior ⁊ certior suo effectu. Alij autem duo modi accipiunt̄, scd̄m q̄ forma est certior mã, vtpote q̄ forma est pncipiū cognoscendi materiā. Est autez du

Tex. co. 35. lec. 8. expo. 3. plex materia, vt dicitur in 7° metaphysice, vna quidem sensibilis scd̄m quā accipit̄ secūdus modus. Alia vō itelligibilis .s. ipsa cōtinuitas, ⁊ scd̄m hanc accipitur tertius modus. Et quāuis hic tertius modus expositus sit scd̄m

Ulti. opinionē Platonis, tñ ēt scd̄m opinionē Aristotelis, punctus se hz ex additione ad vnitatē. Nam punctū est quoddam vnū indiuisibile in cōtinuo, abstrahens scd̄m rōnem a materia sensibili. Unum autem abstrahit ⁊ a materia sensibili ⁊ ab intelligibili. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Una aūt est sciētia, que vnius est generis.

Tex. co. 41. ¶ Una aūt scientia est, que est vnius generis.

D ¶ Comparat sciētias adinuicē scd̄m vnitatē ⁊ diuersitatez. Et circa hoc duo facit. Primo enim ostēdit vnitatē ⁊ diuersitatem esse in sciētijs ⁊ scd̄m subm ⁊ pncipiū. Secundo prosequtur ⁊ de subiectis ⁊ de pncipijs. ibi [Eius au

Te. co. seq. ime. tem qd̄ est a fortuna.] Circa primum duo facit. Primo ostēdit qd̄ faciat ad vnitatē ⁊ diuersitatē sciētie. Secundo ostēdit quoddā necessariū, ad cognoscēdum quid faciat ad pluralitatē scientiarū. ibi [Plures aūt demōstrationes.] Circa primū duo facit. Primo ostēdit quid faciat ad vnitatē scientie. Secūdo quid faciat ad scientiarum diuersitatē. ibi [Altera autez sciētia.] ¶ Circa primum duo facit. Primo .n. ponit, q̄ vnitas scie cōsideratur ex vnitate gñis subiecti. Secundo ostendit quale sit

E genus, qd̄ ponit esse subiectuz scientie. ibi [Quecunq̄

Expo. ex primis.] Dicit ergo pˀ. q̄ scientia dicit̄ vna, ex hoc q̄ est vnius generis subiecti, Cuius rō est, q̄ pcessus scientie cuiuslibet est quasi quidaz motus rationis. Cuiuslibet aūt motus vnitas ex termino pncipaliter ↄsideratur, vt pz in 5° physi. ⁊ ideo opz q̄ vnitas sciētie ↄsideret̄ ex fine siue ex termino scie. Est aūt cuiuslibet scie finis siue terminus, genus, circa qd̄ est scia, q̄ in speculatiuis sciētijs nihil aliud querit̄ q̄ cognitio gñis subiecti. In practicis aūt sciētijs intēdit̄ q̄si finis, ↄstructio ipsius subti. Sicut in geometria intēdit̄ q̄si finis cognitio magnitudinis, q̄ est subm geometrie. In scia aūt edificatiua intēditur q̄si finis ↄstructio domus q̄ est hō artis subm. Vñ relinq̄tur q̄ cuiuslibet scie vnitas scd̄m vnitatē subi est attēdēda. Sz sic vnˀ gñis subi vnitas ē cōior q̄ alteriˀ, vt pote entis siue sube q̄ corpis mobil', ita vna scia ē cōior q̄ alia. Sicut metaphysica q̄ est de ente siue de suba, est cōior q̄ physica, q̄ est de corpe mobili. ¶ Deide cū dic̄.

Scia vna vnitate subiecti Te. c. 35. le. 6. ex. 4. ⁊ te. co. 40. le. 7. ex. 1.

F

Cōior scie vnde.

¶ Que componuntur ex primis, ⁊ sunt partes aut affectus horum per se.

¶ Quecunq̄ ex primis componūtur, ⁊ partes aut passiones eorum sunt per se.

¶ Ostēdit q̄lia sunt illa gñā, de qbus pñt esse scie, ⁊ ponit duas ↄdōnes siue rōnes. Quarū vnā ponit dicēs. [Que cūq̄ ex pmis cōponunt̄.] Ista .s. sunt q̄ vnˀ gñis vna scia est. ¶ Ad cˀ euidētiā ↄsiderādū est, q̄ sic iā dictū ē, pgressus scie ↄsistit in quodā motu rōnis discurrētis ab vno i aliud. Ois āt motˀ a pnº quodā pcedit, ⁊ ad aliqd terminat̄. Vñ opz q̄ i pgressu scie, rō pcedat ex aliqbus pncipijs pmis. Si q̄ ḡ res est q̄ nō habeat pnº pora, ex q̄bus rō pcedere possit, horū nō pōt ē scia, scd̄m q̄ scia hic accipit̄, put est demrationis effectˀ. Vñ scie speculatiue nō sunt de ipsis eēntijs subarū separatarū. Nō .n. p scias demratiuas possumˀ scire qd̄ qd̄ est in eis, q̄ ipse eēntie harū subarū sunt itelligibiles p seipsas ab itellu ad hō pportionato. Nō aūt ↄgregat̄ earū notitia q̄ cog̃scit̄ qd̄ qd̄ est ipsarū p aliq̄ pora. Sz p scias speculatiuas pt sciri de eis an sint, ⁊ qd̄ nō sunt, ⁊ aliqd scd̄m silitudinē in rebˀ iferiorib inuētā. Et tūc vtimur posteriorib vt porib ad earū cognitionē, q̄ q̄ sunt posteriora scd̄z nām, sunt pora ⁊ notiora q̄ ad nos. Et sic pz; q̄ illa de qbˀ hi scia pea q̄ sunt pora simplr sunt cōposita scd̄z se ex aliqbˀ poribus. Quecūq̄ vō cog̃scunt̄ p posteriora q̄ sunt pˀ q̄ ad nos, ⁊ si i seipsis sint simplicia, scd̄z tñ q̄ a nra cognitiōe accipiūtur, cōponunt̄ ex aliqbˀ pmis q̄ ad nos. Scd̄az ↄdōnez ponit cū dicit. [Et ptes aut passiōes eorū sunt p se.] Ubi ↄsiderādū est, q̄ subm alicˀ scie duplices ptes hic pōt .s. ptes ex qbus cōponit̄ sic ex pmis, vt dictū est .i. ipsa pnª subi, ⁊ ptes subiectiuas. Et quāuis de vtrisq̄ ptibˀ possit itelligi qd̄ hic dr̄, tñ magis vr̄ esse itelligēdū de p̄ gñe partiū. In q̄libet .n. scia sunt q̄daz pnª subiecti de qbˀ est pˀ ↄsideratio, sicut in scia nāli de mā ⁊ forma, ⁊ in grammatica de lr̄is. Est ēt in qualibet scia aliqd vltimum ad qd̄ terminat̄ ↄsideratio scie, vt .s. passiones subiecti manifestent̄. Sz vtrūq̄ horuz .s. ⁊ proprie ptes ⁊ passiones pñt alicui attribui ⁊ p se, ⁊ nō p se. Nā ea q̄ sunt p se pnª ⁊ passiones triāguli, nō sunt p se pnª ⁊ passiones isochelis, inquātū isocheles est, sz inquātū triangulus. Nec ēt sunt p se pnª ⁊ passiōes eris ⁊ a'bi, q̄uis ↄtigat aliqd̄ es triāgulū eē, vel aliqd̄ albū. Vñ si q̄ scia eēt q̄ ex pncipijs triāguli manifestaret passiones trianguli, hō scie subm nō esset isocheles, neq̄ albū aut es, sed triāgulus, cuius ēt p se subiectiue ptes sunt isocheles eqlaterus ⁊ gradatus. Sed pro tāto dixi de his ptibˀ hic ad p̄sens non ita ↄueniēter accipi, q̄ magis accipe possumˀ documētū q̄liter scia se hēat ad hō partes subiectiuas, ex eo q̄ se hz aliq̄liter ad totū genus, q̄ ecōuerso. ¶ Deinde cū dicit.

Expo. tex. G Noᵃ. Expo. pced.

Prīa cōditio generis scibilis a nobis.

H Quid pōt eē p scia. spe. de substātijs separa.

I 2ª ↄditio

De quo gñe pciū itelligit

K

Nota.

¶ Diuerse vō scientie sunt, quaruz principia non sunt ex eisdem, nec ex vnius principijs

principia proficiscuntur alterius.

Alteri textus ¶ Altera aūt scia est ab altera, quorūcūqȝ prīcipia, neqȝ ex eisdem, neqȝ ex alterutris sunt,

L ¶ Ostendit rōnē diuersitatis sciarū. Et p̄ ponit hāc rōnē. Scdo manifestat eā. ibi [Huiꝰ aūt signū.] Est ḡ cōsiderādū circa p̄m, q̄ cū rōnē vnitatis scie accepit ex vnitate gñis subiecti, rōnē diuersitatis sciaruȝ nō accipit ex Expo. tex. diuersitate subiecti, sȝ ex diuersitate pncipioꝝ. Dicit. n. q̄ vna scia est altera ab alia, quaꝝ pncipia sunt diuersa; ita q̄ nec ambarū sciētiarū principia pcedāt ex aliqbus pncipiis prioribus, nec pncipia vnius scie procedant ex pncipiis alterius. q2 siue pcedāt ex eisdeȝ pncipiis, siue alia ex aliis, nō esset diuersa scia. ¶ Ad huiꝰ ergo euidētiā. sciēdū est, q̄ mālis diuersitas obiecti nō diuersificat habitū, sed solū formalis. Cū ergo scibile sit propriū obiectū scie, nō diuersificabunt scie ſm diuersitatē materialē scibiliū, sed ſm diuersitatē coꝝ formalē. Sicut aūt formalis rō visibilis sumitur ex lumine per qd color vȝ, ita formalis rō scibilis accipit ſm pn̄a ex qbus aliquid

M scitur. Et iō quātūcūqȝ sint aliq̄ diuersa scibilia per suaȝ nām, dūmō per eadē pncipia sciant, pertinēt ad vnā sciētiam, q2 nō erūt iā diuersa inquātū sunt scibilia. Sūt. n. per sua pn̄a scibilia. Sicut pȝ q̄ voces humane multum differūt ſm suā naturā a sonis inanimatoꝝ corpoꝝ, sed q2 ſm eadē pn̄a attēditur ꝯsonātia in vocibus humanis, ⁊ sonis inaiatorū corpoꝝ, eadē est sciētie musice que de vtrisqȝ ꝯsiderat. Si vō aliq̄ sint eadē ſm nāȝ, ⁊ tn̄ per diuersa pncipia ꝯsiderent, manifestum est, q̄ ad diuersas sciētias pertinēt, sicut corpus mathematicū nō est separatū subiecto a corpe nāli. Quia tn̄ corpus mathematicū cognoscit p pncipia quātitatis, corpus aūt naturale per principia motus, nō est eadē scia geometrie ⁊ naturalis. Patet ergo, q̄ ad diuersificādū scias sufficit diuersitas pncipioꝝ, q̄ comitat diuersitas gñis scibilis. Ad hoc aūt q̄ sit vna scia simplr vtrūqȝ reqrit ⁊ vnitas subiecti ⁊ pncipioꝝ. Et iō de vnitate subiti supra fecit mētionē, cū dixit [q̄ est gñis vnius] de pncipiis aūt cuȝ dixit

N [Quecūqȝ ex pmis ⁊c.] ¶ Sed vlterius cōsiderādum est, q̄ scdā principia virtutē sortiunt a pmis. Unde reqritur diuersitas pmoꝝ pncipioꝝ ad diuersitatē sciaruȝ. Qd qdem nō esset, si vel diuersoꝝ pncipia ex eisdē pncipiis fluant, sicut pncipia triāguli ⁊ quadrati deriuātur ex pncipiis figure, vel pncipia vnius deriuant ex principiis alterius, sicut pn̄ isochelis dependēt a pncipiis triāguli. Nec tn̄ intelligendū est, q̄ sufficiat ad vnitatē sciētie vnitas principioꝝ pmoꝝ simpliciter, sed vnitas pncipioꝝ pmoꝝ in aliquo gñe scibili. Distinguunt autem genera scibiliū ſm diuersum modū cognoscendi. Sicut alio mō cognoscuntur ea que diffiniunt cum mā, ⁊ ea q̄ sine mā. Un̄ aliud genus scibiliū est corpus naturale, ⁊ corpus mathematicū. Un̄ sunt diuersa principia prima vtriusqȝ gñis, ⁊ per ꝯñs diuerse scientie. Et vtrūqȝ hoꝝ generꝝ distinguitur in diuersas spēs scibiliuȝ, ſm diuersos modos ⁊ rōnes cognoscibilitatis. ¶ Deīde cū dic.

¶ Huius aūt est signū: cū ad ea que nō demōstrātur fuerit ventū. Opȝ eniȝ ipsa eodem in genere esse, in quo sunt ea q̄ sunt demrata. Est aūt ⁊ huius signū, cū ea q̄ demōstrantur per ipsa, eodē in genere sunt, atqȝ ppinqua.

¶ Hmōi aūt signū est cū in indemonstrabilia veniāt. Opȝ. n. ipsa in eodē gñe esse his q̄ demōstrātur. Signū aūt huiꝰ est, qñ demōstrabilia per ipsa in eodē genere sunt, ⁊ ꝯgenea.

O ¶ Manifestat positā rōnē. Et dicit, q̄ signū hꝰ est, q̄ scie sint altere ſm pncipia, cuȝ pueniat resoluendo in prima Expo. tex. pn̄a, que sunt indemōstrabilia, que opȝ esse eiusdē generis cū his q̄ demōstrātur, q2 sicut supra ostēsum est, non ꝯtingit ex alio genere pcedētē demōstrare. Ad hoc aūt 1. Po. c. 15. ⁊ c. 5. q̄ principia indemōstrabilia sint vnius generis, accipit vt signum, cū ea que demōstrātur per ipsa sint in eodeȝ Sim. gñe, ⁊ cōgenea. i. ꝯnālia vel pxima ſm genus sibiīpsis, huiꝰ. n. habēt eadem pn̄a. Et sic pȝ, q̄ vnitas gñis scibilis, inquātū est scibile, ex quo accipiebatur vnitas scie, ⁊ vnitas pncipioꝝ ſm que accipiebatur sciētie diuersitas, sibi mutuo correspondent. ¶ Deinde cuȝ dicit.

¶ Atqȝ fieri pōt, vt plr̄es eiusdē sint demrationes, nō solū si ex eadē serie mediū si coherēs accipiat: vt si iter. a. b. nūc. c. nūc. d. nūc. e. mediū accipiat: sȝ ēt si ex diuersa sumat. Sit. n. a. mutat. c. mouet. b. voluptate afficit. Uerꝰ igit dices si. c. de. b. ⁊ a. de. d. predicaueris. Qui nāqȝ voluptate afficit, mouet, ⁊ q mouet mutat. Rursus iter eosdē termios mediū. d. ponat i q̄ sit. qete ꝯseqt. Uerꝰ igr̄ idētidez dices, si. a. de. d. ⁊. d. de. b. pdicaueris. Qui nāqȝ afficit voluptate, is qetē ꝯseqt: ⁊ q qeteȝ ꝯseqtur, is mutat. Quare p diuersa media nō ex eadē serie sumpta ꝯficit rōcinatio. Nō tn̄ adeo diuersa, vt neutꝝ dicat de altero. Necesse est. n. ambo cuipiā eidē inesse. Cōsiderandū aūt est, quot modis p ceteras quoqȝ figuras eiusdē rōcinatio fieri potest.

¶ Plures aūt demrationes eē eiusdeȝ possibile est: ⁊ nō solū ex eodē ordine accipietū: sed sumēdo nō ꝯtinuū mediū, vt eoꝝ q̄ sunt. a. b. c. ⁊. d. sed ex altero: vt sit. a. trāsmutari: in quo āt. d. moueri, sȝ. b. letari, ⁊ iteꝝ. e. qescere. Uerū igit est ⁊. d. de. b. ⁊ a. de. d. pdicari. Letās eniȝ mouet, ⁊ qd mouet trāsmutat. Iteruȝ a. de. e. ⁊. e. de. b. veꝝ est pdicari Ois eniȝ letans quiescit, ⁊ quiescēs trāsmutat. Quare per altera media, ⁊ nō ex eodē ordine syllȝ ē. Quare ⁊ neutꝝ d̄ neutro dici ꝯtigit mediorū. Necesse est enim eidē alicui vtraqȝ inesse. Intendere autē est p alias figuras, quot modis contingit eiusdem fieri syllogismum.

P ¶ Ostēdit, quō vna ꝯ̄ per plura pn̄a demōstrari pōt. Et h̄ Expo. tex. qdē ꝯtingit dupl̄r. Uno qdē mō, qñ ponuntur plura media in eadē coordinatione, ⁊ in vna demōstratione accipit vnū illoꝝ medioꝝ, ⁊ in alia demratiōe accipit aliud ad eādē ꝯ̄nem, ⁊ sic opȝ q̄ accipiat mediū non ꝯtinuuȝ, vt si sunt duo extrema. a. b. vtputa hic tres ⁊ isochelea, ⁊ sint eoꝝ duo media coordinata. s. d. c. vtputa triangulus ⁊ figura talis. Posset ḡ demrari. a. de. b. duabus demōstrationibus, in q̄ruȝ vna accipiet pro medio. c. ⁊ in alia. d. ⁊ in neutra accipient mediū ꝯtinuū extremis, q2 in vna accipiet mediū ꝯtinuū vni extremo, ⁊ discōtinuū ab altero, ⁊ in alia vō eꝯ̄. Alio mō h̄ ꝯtingit, qñ accipiūtur diuersa media ex diuersa coordinatiōe, vtputa si. a. qd est maior extremitas sit trāsmutari, ⁊. b. qd ē minor ex̄mitas sit delectari, ⁊ accipiant diuersa media nō ex-

A stentia subinuicez.s.e.qd est gescere.z.d.qd est moueri,
sm hoc eadē ꝯ pōt ꝯcludi p diuersa media nō vnius or/
2ᵉ 3. dinis,z erit demōstratio vna talis. Oē qd gescit trāsmu
taē,qz eiusdē est transmutari z gescere,z oē qd delectaē
gescit,qz quies in bono desiderato causat delectationē,
4ᵉ ergo oē qd delectaē trāsmutaē. Alia demōstratio esset,
5.6.7.8. Oē qd moueē trāsmutaē,oē qd delectaē moueē,qz de/
Patent ex expo. lectatio est qdā motus appetitiue potētie,g oē qd dele/
ctatur trāsmutaē. Uel qd dicit. Oē qd delectaē moueē,
est sm opinionē Platonis,z hz locū in delectationibus
sensibilib⁹,q̄ sunt cū motu. Aliud qd dicit. Oē qd dele/
Lec.12. ctaē gescit,est verū sm opinionez Ar̄.vt pz in 7ᵒ z deci/
Lec.10. cap.8. mo ethicoꝝ. Et hoc p̄cipue verificaē in delectationib⁹
Ibid. itelligibilib⁹. ¶ Deinde cum dicit,qꝫ sicut h ostēsum est
i pma figura,ita ēt pōt i aliis figuris de facili considera
B ri,qꝫ eadē conclusio diuersis mediis pōt syllogizari. In
ducit aūt hoc Phs ad ostendēdū,qꝫ diuersum medium
demonstrationis qn̄qz ptinet ad eandē scientiā,puta cū
est ex eadem coordinatione,quādoqz autē ad diuersas
scias,puta qn̄ est ex alia coordinatione. Sicut terrā esse
rotundam per aliud mediū demonstrat astrologus.s.p
eclipsim solis z lune,z per aliud nāl is.s.per motuz gra
T.cō.20.lec. 3ᵉ expo.viii. uium tendētiū ad centrū,vt dicitur in 2ᵒ phẏsicorum.

¶ Eius aūt qd ꝓficiscitur a fortuna nō est p de
monstrationē scia. Qd.n.fortuito fit:nec est
vt necessariuz,nec vt plerūqz:sed est id qd fit
preter ista. Demōstratio vō alterius ꝫ est isto/
rum. Ois.n.rōcinatio que fit:p ꝓpōnes aut
necias,aut eas q̄ sunt plerūqz ꝯficiē. Atqz si
necie qdez sint:ꝯ quoqz necia est,sin vō ple/
rūqz sint:ꝯclusio quoqz talis efficitur. Qua/
re si id qd proficiscitur a fortuna neqz plerū/
qz:neqz necessario fit:nulla prorsus ipsius
erit sine dubio demonstratio.

¶ Eius aūt qd est a fortuna non est scia p de/
mōstrationē. Neqz.n.sicut necīm est:neqz sicut
frequēter qd est a fortuna,sz qd extra hoc fit.
Sz demōnstratio alterius horū est. Ois.n.syll's
ē,aut p necias,aut p eas q̄ sunt tanq̄ freqn/
ter ꝓpōnes. Et siqdez ꝓpōnes necie sunt:z
cōclusio necessaria est. Si vō sint vt frequen
ter:z ꝯclō hꝫ est. Quare si id qd est a fortuna
neqz ē sicut freqnter,neqz sicut necīm:neqz vti/
qz ipsius erit demōstratio. LECTIO.XLII.

Ostq̄ Phs assignauit rōnē vnitatis z diuer/
sitatis sciaꝝ ex parte gn̄is subiecti,z ex par
te pncipioꝝ,hic de vtrisqz ꝓsequitur. Et p de
subiectis de qbus ē scia. Scdo de pncipiis
ibi ¶ Eadē aūt sm⁹ zc.] Circa p̄ᵐ ꝯsiderādū
T.c.seq.inc. est,qꝫ supra duas ꝯditiones posuit gn̄is qd est subiectū
scie,quaꝝ vna est,vt cōponatur ex primis. Alia est vt par
C tes z passiones sint eius p se. Quaꝝ ꝯditionū vna deest
in his que sunt a fortuna,qz nō eueniūt p se.sed per acci
dēs z pter intētionē,vt ꝓbaē in 2ᵒ phẏsi. Alia vō condi
T.c.50.le.8. 2ᵉ expo.4. tio deest in his q̄ p sensum cognoscunē,q̄ sunt pma i no/
stra cognitione. Et ideo ostēdit,qꝫ scia non est eorū que
sunt a fortuna. Scdo ostendit qꝫ non est eorū que cogno
Expo.1ᵉ. scūtur per sensum. ibi ¶ Neqz p sensum est scire.] Dicit
ergo p̄.qꝫ demonstratiua scia non pōt esse de eo qd est a
fortuna,qd est per accñs eueniēs. Et hoc ꝓbat sic. Ois
4. syll's demōstratiuus,aut ꝓcedit ex propōnibus necessa/
riis,aut ex propōnibus que sunt vere vt frequenter. Ex 5.6.
propōnibus aūt necessariis seqtur conclusio necessaria, Lec.13.1.ex.1.2.3.4.
vt supra probatuz est. Et silr ex propōnibus q̄ sunt vere
sicut frequēter,seqtur ꝯ que est vera vt freqnter,vel for
te ēt necessaria,sm qꝫ ex ꝯtingenti pōt seq necessariū,vt
ex falso verū. Nunqz aūt ex ꝓpōnibus q̄ sunt vere vt fre
quēter,sequeē ꝓpō q̄ est vera vt in paucioribus,qz seq̄ D
retur qꝫ aliqn̄ ꝓpōnes essent vere z ꝯclusio falsa,qd est
impole,vt ostēsum est. Necesse est ergo qꝫ cōclusio syllo Lec.16.
gismi demōstratiui.vel sit necessaria,vel sit vera sicut fre
quēter. Sed id qd est a fortuna nō est necessarium,neqz 2ᵉ z vlti.
qd verū vt frequenter,sed accidit in paucioribus,vt in T.cō.51.le.8. expo.5.
2ᵒ phẏsi.probatur. Ergo demōstratiua scia non pōt esse
de eo qd est a fortuna. ¶ Est aūt ꝯsiderandum qꝫ de his Demon. de
qdem que sunt sicut frequēter contingit esse demonstra his que freq. sunt
tionem,inquātū in eis est aliquid necessitatis. Necessa/ T.cō.88.89.
rium autē vt dicitur in 2ᵒ phẏsi.aliter est in naturalibus q̄ 90.lec.vlti. expo.4.
sunt vera vt frequēter z deficiunt in minori parte,z ali/
ter in disciplinis id est in mathematicis que sunt semp
vera. Nā in disciplinis est necessitas a priori. In natura/
libus a posteriori,qd tn̄ est prius sm nām,scilz a fine z
forma. Unī sic docet Aristo.ostendere propter quid,vt si
hoc debeat esse,puta qꝫ oliua generetur,necesse hoc p̄/
existere.s.semen oliue,nō aūt ex semine oliue generatur
ex necessitate oliua,qz pōt impediri per aliquam corru
ptionē gn̄atio. Unde si fiat demōstratio ex eo qd est pus
in generatione,non ꝯcludit ex necessitate,nisi forte acci
piamus hoc ipsum esse necessariū,semen oliue vt freqn
ter esse gn̄atiuum oliue proprie,qz hoc facit sm proprie
tatē sue nature nisi impediatur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ At vō neqz fit vt p sensuz sciamus. Nam si
sensus talis,z nō huius alicui⁹ est:sentire tn̄
necesse est hoc aliqd:z aliquo i loco.z nunc.
Ule vō,z qd est supra oia,fieri nequit vt sen
tiatur:qppe cū nō sit hoc,neqz nūc. Nō eniz
esset vle. Qd enim semper est,z vbiqz,id vle
dicimus esse. Cū igiē demōstrationes qdez
sint vles:vlia vō sentiri nequeāt:perspicuuz
est fieri nō posse,vt per sensum sciamus.

¶ Neqz p sensum est scire. Si.n.z est sensus Vide textū.
talis qdē huiꝰ,z nō huiꝰ alicuius:sed tn̄ sen
tire necesse est hoc aliqd,z vbi,z nūc. Ule au
tē z in oibus ipole est sentire. Nō.n.est hic,
neqz nūc. Nō.n.vtiqz esset vle. Qd eniz sem
per est,z vbiqz est,vle eē dicimus. Qm̄ igiē
demōstrationes vles sunt,has aūt nō est senti/
re,manifestum est qꝫ neqz scire per sensum.

¶ Dicit qꝫ scia nō est eoꝝ que cognoscunē sm sensum. Et
circa hoc duo facit. Primo ondit,qꝫ scia nō ꝯsistit in sen/
su. Scdo ostēdit quo mō sensus ordinatur ad sciam.ibi
¶ Sunt tn̄ quedā reducta.] Circa p̄ᵐ duo facit. Primo
ostēdit sciam nō esse p sensuz. Scdo prefert sciam sensui.
ibi ¶ Uniuersale autē honorabile zc.] Circa p̄ᵐ duo fa/
cit. Primo ondit veritatē. Scdo excludit errorē quorū/
dā.ibi ¶ Sed manifestuz zc.] Dicit ergo p̄.qꝫ sicut scia Expo.1ᵉ
nō est eoꝝ que sunt a fortuna,ita ēt scia non ꝯsistit in co/
gnitione que est p sensum. Et hoc ꝓbat sic. Manifestuz 1ᵉ Obiectū sensus.
est enim qꝫ sensus cognoscit aliqd tale,z nō hoc. Nō.n.
obiectū p se sensus est suba,z qd qd est.sed aliqua sensibi
lis q̄litas,puta calidū.frigidū,albū nigrū,z alia huiꝰ.
Huiꝰ aūt q̄litates efficiūt singulares q̄sdaz subas in de/
terminato loco z tpe existētes,vñ necesse est,qꝫ hoc qd

sentitur, sit hoc aliqd, s. singularis subs, et sit alicubi, et nūc
3. 4. s. in determinato tpe et loco. Ex quo pz, q id qd ē vle nō
5. 6. pt cadere sub sensu. Nō. n. qd est vle determinat ad hic
Quō intelligē dū sit vle esse vbiqz et semp et nūc, qz iā nō esset vle. Illud. n. vle dicimus, qd est sem
per et vbiqz. Qd quidē nō est sm viaz affirmationis in
telligēdū, q hoc sit de rōne vlis, aut eius qd est vle, q sit
semp et vbiqz, puta de rōne hois aut aialis, qz oporteret
q qdlibet singulare hois et aialis esset semp et vbiqz, qa
rō hois et aialis in quolibet singularīu inuenit. Si vo es
set de rōne ipsius vlis, sicut de rōne generis est, q conti
neat sub se spēs, sequeretur, q nihil esset vle, qd nō esset
et semper, et vbiqz inueniret, et sm hoc oliua nō esset, vel
nō haberet esse vniuersale, qz nō in omni terra pōt inue
niri. Est ergo hoc intelligēdū per modū negationis seu
abstractionis, qz. s. vle abstrahit ab omni determinato
tempore et loco. Vñ quātū est de se, sicut inuenitur in quo
libet vno loco vel tempore, sic natū est in omnibus inue
Vltī. niri. Sic igitur pz, q vle non cadit sub sensu. Quia igit
Tex. ij. i. ex. demonstrationes sunt vles, pcipue, vt ostēsuz est supra,
manifestū est, q scia per demonstrationem acquisita, nō
consistit in cognitione sensus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quin vt pz si fieri posset, vt sensu triāguli
āgulos hēre duob9 rectis eqles pcipemus,
qreremus vtiqz demōstrationez. Et nō (vt in
quiūt qdā) sciremus. Sētire nāqz necesse ē
singulare, at scia in vlis cognitione consistit.
Quāobrem si in luna ēt eēmus, terrāqz vide
remus obijciētē se lune, nō pfecto cāz ipsaz
defectionis sciremus. Sētiremus. n. lunam
deficere, et nō pp qd oino sensu pciperem9.
Non. n. ipsius vlis est sensus. Attñ ex eo qz
sepe hoc accidere videremus ipm vlr venā
ri, demōstrationē vtiqz hēremus. Ex singu
laribus. n. plibus, vle ipsum patefieri solet.

¶ Sed manifestū est qm et si eēt sentire triāgu
lū duobus rectis equales habere angulos:
qreremus vtiqz demōstrationē, et nō sicut q
dam fatētur sciremus. Sētire qdē eni neces
se est singulariter, scia aūt est in cognoscēdo
vle. Vñ et si in luna essemus, et viderem9 ob
iectā terrā: nō vtiqz sciremus cām defectus.
Sentiremus. n. qm deficeret nūc: sed nō pp
quid oino. Nō. n. esset vlis sensus. Sz ex cō
siderare hoc multotiēs accidere vle venan
tes, demōstrationē habemus. Ex singulari
bus eni pluribus vniuersale manifestuz est.

¶ Excludit errorē quorūdā, qui credebāt i ipsa pceptio
ne sensus cōsistere sciam. Et vi hec ratio pertinere ad il
los qui nō ponebāt intellectū differre a sensu, et per ōse
quens nullā aliā cognitionē esse nisi sensitiuā, vt habet
Tex. co 150. et in tertio de aia, et in 4° metaphysice. Et ad hoc excludē
c. 3. le. 4. te. ex. p. 13. dum dicit, q si ēt per sensum pcipere possemus q trian
Tex. cō. 21. le. ij. te. ex. pnc. gulus hz tres angulos eqles duob9 rectis, adhuc opor
teret qrere demōstrationez ad hn̄dum sciam, neqz p sen
Expo. 1a. 2a. sum perceptionē sciremus, qz sensus est singularīu, scia
Tex. ibi. ex. 1. 2. 3. aūt ōsistit in hoc, q vle cognoscimus, vt ostensuz est. Et
qz posuerat exēplū de his que sensu percipi non pnt, ad
maiorē euidētiā ponit exēplū in his que sensibilia sunt,
videlicet in eclipsi lune, que cōtingit ex oppositione ter
re, que interponit iter solē et lunaz, vt claritas solis non

possit pertingere ad lunā pp̄ter vmbrā terre quaz dum
luna subintrat eclipsat. Ponamus ergo, q aliqs eēt in 3.
ipsa luna et sensu pciperet interpōnez terre per vmbram
ipsius. Sensu qdem perciperet, q luna tunc deficeret ex 4.
vmbra terre, sed nō propter hoc sciret totaliter cām ecli
psis. Illud. n. est per se cā eclipsis, qd causat vlr eclipsiz.
Vniuersale aūt nō cognoscitur sensu, sed ex plurib9 sin 5.
gularibus visis, in qbus multotiens cōsideratis inueni 6.
tur idē accidere, accipimus vlem cognitionē. Et sic per Vltī.
causam vniuersalem demonstramus aliquid in vniuer
sali, de quo est scientia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ipsum aūt vle pstabile nimirū est: pp̄terea
qd ipsam cām indicat. Quare de talib9 noti
tia vlis pstabilior est pceptione sensuū, et itel
lectione eoꝝ, quoꝝ est alia cā. De pmis aūt
alia rō est. Patet igit fieri nō posse: vt quis
qz sentiēdo quicqz vnqz eoꝝ sciat, q demon
strabilia sunt: nisi sentire qspiam id eē dicat:
sciam inquam per demōstrationem habere.

¶ Vniuersale aūt honorabilius est, qm osten
dit cām. Quare de huiꝰ vli scia honorabilior
est sensibus, et cognitione quorūcūqz cā est.
Sed de pmis alia rō est. Manifestuz est igi
tur q ipossibile sit sentiēdo scire aliquid de
monstratoꝝ, nisi iam aliquis sentire hoc di
cat scientiam habere per demonstrationez.

¶ Ostēdit q scia est potior qz sensus. Manifestū est. n. q Expo. 1a.
cognitio q est p cām nobilior est, cā aūt per se est vlis cā,
vt iam dictuz est, et ideo cognitio per vlem cām, qlis est
scia, est honorabilis. Et qz hōꝰ vlem cām impossibile est 2.
apprehēdere per sensum, iō ōñs est, q scia que ostendit
cām vlem, nō solū sit honorabilior omni sensitiua cogni
tione, sed ēt omni alia intellectiua cognitione, dūmō sit
de rebus que hñt cām, qz scire aliquid per causam vni
uersalem, est nobilius qz intelligere qualitercūqz id qd
hz causaz sine cognitione sue cause. Sed de primis que 3.
non hñt cām est alia rō. Illa enim p se intelligunt, et ta
lis eoꝝ cognitio est certior oi scia, qz ex tali intelligētia,
scia certitudinē hz. ¶ Vltimo aūt ōcludit pncipale pro Vltī.
positum, q. s. impoēe sit per sensum cognoscere aliquid
demōstrabile, nisi forte equoce aliquis vtatur noie sen
sus, vocans demonstratiuam sciētiam sensum, propter
hoc q scientia demōstratiua est determinate vnius sm
certitudinem, sicut et sensus. Propter quod et certe exti
mationes scientie vocantur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sūt tñ inter ea q pponūtur nōnulla, que q
dē ad sensus reducunt defectionē. Nōnlla
nāqz nō qreremus: si illa visu pcipemus: nō
pp̄terea qd scimus vidēdo, sz qd ex eo qz vi
demus habemus tādem ipsum vle: veluti si
vitrū pforatū esse: lumēqz penetrare p mea
tus visu pciperem9: pateret ēt nobis pp qd
post vitrū lumē efficit, ex eo plane qz videre
mus qdē seorsuz idipsz fieri i vnoqqz: itellige
remus aūt simul i vniuersis hoc fieri pacto.

¶ Sūt tñ qdā reducta ad sensus defectū i p
posit. Quedā. n. si viderem9, nō vtiqz qrere
mus: nō tanqz sciētes i vidēdo: sz tanqz hñ
tes vle ex eo qd videmus. Vt si vitrū pfora

tum videremus, et lumē ptrāsiēs, manifestū vtiqʒ erit ⁊ propter qd. Et pp̄ter id qđ videmus qdem seorsum in vnoquoqʒ: intelligere autē simul est, quoniam in oībus sic est.

Expo. lr. ℂ Ostēdit q̄ſo sensus ordinat̃ ad sciam. Quedā.n. pblematice dubitationes reducunt̃ sicut in cām ad defectū
2ª sensus. Quedā ēt sunt de qbus nō q̄reremus dubitādo si ea vidissemus, nō qdē eo q̄ scia ꝯsistat in vidēdo, sʒ inquātū ex reb⁹ visis p viā expimēti accipit̃ vlē, de quo ē
3ª scia. Puta si viderem⁹ vitrū pforatū, ⁊ q̄ſo lumē ptrāsit p foramina vitri, sciremus pp qd vitrū est trāsparēs. Et vtit̃ h exēplo sʒ opinionē eoꝝ, q ponebāt lumē esse corpus, ⁊ q̄dā corpa eē trāsparētia pp subtilia q̄dā foramina, q̄ pori dicunt̃, quos q̄ visu discernere nō possumus pp paruitatē, dubitamus q̄re vitrū sit trāsparēs. Et pōt siłe exēplū poni de qbuscūqʒ rebus q̄ hñt cām sensibilē latētē. Et q̄ dixerat, q̄ scia hꝰ rei nō est in vidēdo, mani
Vlti. festat h eē veꝝ. Naʒ i vidēdo cognoscim⁹ seorsuʒ vnūqđqʒ singulariū, sʒ i sciēdo, opʒ oīa itelligere sm̄ vlē, vt.s. itelligamus ita se hře i oib⁹. Uidem⁹.n. sigillatim de diuersis vitris, sed sciam accipimus de omni vitro q̄ sit tale.

ℂ At q̄ fieri n̄ pt, vt oiuʒ rōcinationū eadē pncipia sint. Qđ qdē pri⁹ differēdi mō ꝯtēplabimur. Nā rōcinationū alie v̄e sūt, alie false.

ℂ Eadē aūt pncipia eē oium sylloꝝ ipoīe est, primū qdē logice speculātibus. Hi qdē eniʒ veri sunt syłłi: alij aūt falsi. LECTIO. XLIII.

Ostēsō q̄ Phs psecutus ē de illis quoꝝ ē scia, hic psequitur de pncipijs sciarū, ostēdēs non esse eadē pncipia oium sylloꝝ. Primo ostēdit hoc logice. i. p rōnes cōes oibus syllis. Scđo hoc ostēdit analetice. s. p rōnes proprias demōstrationes. ibi [Si vo alr ⁊c.] Circa pmuʒ tria facit. Primo ostēdit ppositū p oīam sylloꝝ falsoꝝ a veris. Scđo per dīam falsoꝝ adinuicē. ibi [Postea neqʒ false ⁊c.] Tertio p dīam sylloꝝ veroꝝ adinuicē. ibi [Neqʒ veroꝝ.] Circa pm̄ duo facit. Primo ondit ppositū. Scđo excludit q̄dā obuiationeʒ. ibi [Et si nāqʒ sit veꝝ.]
Expo. lr. ℂ Dicit ergo p, q̄ p logice speculādo manifestum est, q̄ nō pñt esse eadē principia oium sylłoꝝ, pro
Vlti. pter hoc q̄ quidā syllogismi sunt falsi. i. ꝯcludētes falsum, ⁊ q̄dā veri. i. ꝯcludentes verū. Syłłorum autē falsorum ⁊ veroꝝ sunt diuersa principia. Nā syllogismoꝝ verorum sunt principia vera. syllogismorum aūt falsoꝝ sunt principia falsa. Non ergo omnium syllogismorum sunt eadem principia. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Quāqʒ.n. fieri pt, vt veꝝ ꝯcludat̃ ex falsis: tñ id semel efficit̃, veluti si. a. qdē vere de. c. p diceret̃: mediū at. b. falsuʒ sumat̃. Tuʒ.n. neqʒ a. cōpetit ipsi. b. neqʒ. b. cōpetit ipsi. c. Sed si iter has ppōnes sumāt̃ media, false erūt, ex eo q̄ ꝯclō ois falsa ex ppōnibus pficiscitur falsis. Ex veris aūt vere ꝯclusiōes emergūt. At pʒ a falsis vera differre, ac esse diuersa.

ℂ Et si nāqʒ sit veꝝ ex falsis syllogiçare: sʒ semel hoc fit: vt si. a. de. c. verū sit: mediū auteʒ b. falsum. Neqʒ eni. a. in. b. est, neqʒ. b. i. c. Sʒ si haꝝ media accipiant̃ ppōnū, false erūt: ex eo q̄ ois cōclusio falsa ex falsis est, vera autē ex veris. Altere autem sunt vere ⁊ false.

ℂ Excludit quādā obuiationē. Posset.n. aliqs dicere, q̄ ēt sylłoꝝ veroꝝ sunt pncipia falsa, q̄ contingit ex falsis syllogiçare verū. Sed hoc excludit dicēs, q̄ q̄uis ꝯtin
Expo. lr. gat syllogiçare veꝝ ex falsis, tñ h solū ꝯtingit in p syłło, quo ex falsis ꝯcludit̃ veꝝ. Sed si oporteat aliqs syłłos A
inducere ad probādū p̄missas propōnes, necesse esset q̄ illi syłłi ꝓcedāt ex falsis, q̄ ex veris nō ꝯcludit̃ falsum, ⁊ ita in sola prima syllogiçatione ex falsis ꝯcluditur verum. Et hoc manifestat p exēplum. Sit.n. hec propō vera. Oē. c. est. a. accipiat̃ aūt ad vtrāqʒ extremitatem mediuʒ falsum, qđ est. b. ita. s. q̄ neqʒ. a. insit. b. neqʒ. b. insit 2ª
c. Si accipiant̃ aliq̄ media ad pbādū p̄missas ppōnes, 3ª
oēs ppōnes falsoꝝ sylłoꝝ erunt false, q̄ ois ꝯ falsa concluditur ex falsis, ꝯ aūt vera pōt cōcludi ex oibus veris. Unde q̄n propōnes p̄misse sunt vere, ex qbus cōcludit̃ Vlti.
verū, non oportebit deuenire ad aliqđ falsum. Si ergo cuʒ alie sint propōnes vere, alie false, seqtur q̄ alia sunt pn̄a veroꝝ sylłoꝝ, ⁊ alia falsorum. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Deinde neqʒ ipsa falsa ex eisdem proficiscuntur. Sunt enim ⁊ talia falsa: vt inter sese sint contraria: ⁊ simul esse nō potest: vt iustitiam ⁊ iniustitiā vel fortitudinē esse: ⁊ hominem equum, vel bouem: aut equale maius, vel minus. Ex his aūt que iacēt hoc pacto.

ℂ Postea neqʒ false ex eisdē sūt. Est.n. falsas adinuicē ⁊ ꝯrias ⁊ ipoīe sil' eē: vt iustitiā eē iniustitiā: aut timorē: aut hoīeʒ equū ⁊ boueʒ: aut eq̄le mai⁹ ⁊ minus. Ex positis aūt sic est. Vide i anno.

Expo. lr. 2ª ℂ Ostendit q̄ neqʒ falsoꝝ sylłoꝝ sunt eadē pn̄a. Cōtingit B
eniʒ ꝯnes falsas esse ꝯrias adinuicē, ⁊ incompoīes sibi. Sicut hec ꝯ. Iustitia est iniustitia est incōpossibilis huic ꝯni. Iustitia est timor. cū vtraqʒ sit falsa. Timor.n. sicut differt genere a iustitia, ita ēt ab iniustitia. Silr etiaʒ he due ꝯnes false sunt ꝯrie ⁊ incōpossibiles. Hō est equus,
Vlti. ⁊ homo est bos. Et silr he due propōnes sunt incōpossibiles. Equale est maius, ⁊ equale est minus. Opʒ enim ꝯcludere sic esse ex aliqbus, qbus positis ista sequētur, vnde opʒ q̄ cū ista sint ꝯria ⁊ impossibilia, ita etiam pncipia ex quibus concluduntur. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Neqʒ eniʒ rōcinationū verarū oium eadē principia sunt. Cōplurīū nanqʒ principia diuersa sunt genere: neqʒ qbusuis accōmodātur queuis. Unitates eni nō accōmodantur pūctis. Ille nāqʒ pōne vacant: his eadē competit. Necesse est autē vt ad media accōmodari: aut supera ex parte aut infera: aut alios intra alios extra terminorum habere.

ℂ Neqʒ ēt veroꝝ eadē pncipia oiuʒ sūt. Alia Vide i anno.
n. multoꝝ gñe pncipia sunt: neqʒ ꝯueniūt: vt vnitates pūctis nō ꝯueniūt. Hec qdeʒ enim nō hñt positionē: illa at hñt. Necesse aūt est i media ꝯuenire: aut ad sursuʒ aut ad deorsū: aut hos iteri⁹ hře: illos aūt exteri⁹ terminoꝝ.

ℂ Ondit q̄ nec sylłoꝝ veroꝝ sunt eadeʒ pn̄a, q̄tuor rōnibus, q̄ꝝ vna sumit̃ ex dīa pncipioꝝ ꝓprioꝝ. Un̄ dic̃ q̄ [neqʒ ēt veroꝝ sylłoꝝ sunt eadē pn̄a.] Diuersoꝝ.n. generū diuersa pn̄a sunt, sic pʒ q̄ magnitudinū pn̄a sunt pūcta, numeroꝝ aūt vnitates, q̄ nō ꝯueniūt adinuicē, q̄ vnitates nō hñt pōnem, pūcta vo hñt. Si aūt oia pn̄a syllogismoꝝ ꝯuenirēt adinuicem, necesse esset q̄ vel conue C Expo. lr. 2ª 3ª Vlti.

nirent in medio, vel sursum ascēdēdo versus maiorē ex/
tremitatē, vel deorsuz versus minorē, qz in syllo necē est
q termini vel assumant interius vel exterius. Interius
D qdē qn multiplicant sylli ad probandū propōnes indu/
ctas. Tūc.n.necesse est q accipiant media q sunt inter
pdicata propōnū z subiecta, vtputa si sit talis sylls. Oē
b.est.a.oē.c.est.b.g oē.c.est.a.si oporteat probari oē.b.
est.a.opz assumere aliqd mediū inter.b.z.a.puta.d. Et
silr si debeat probari minor opz accipe aliqd mediū iter
c.z.b.puta.e.z sic semp termini assumpti iterius hntur.
Exterius aūt assumunt, qn vel maior extremitas acci/
pit vt mediū ascēdēdo, vel minor descēdēdo, puta si.a.
concludat de.c.p.b.z iterz.c.concludat de.b.p.a. Et sic silr
ēt procedit descēdēdo si.b.concludat de.f.p.c.necē est g l
syllis coicātib9 in pncipijs, vel q accipiat mediū vnius
E sylli supra propōnes alterius syllogismi, vel accipian/
tur extrema vnius syllogismi supra extrema alteri9 syl/
logismi. Sz h nō pōt esse in rebus qrum sunt pncipia di
uersa, qz pūcta non pnt accipi neqz vt media, neqz vt ex/
trema in syllis in qbus cōcludit aliqd de numero, neqz
vnitates in syllogismis in qbus concluditur aliqd de ma/
gnitudinibus. Relinqtur ergo, q nō possunt esse eadez
principia omniū syllogismorū. ¶ Scda rō ponitur ibi.

¶ At neqz fieri pōt, vt principioz cōium vlla
sint ex qb9 cūcta demōstrabunt. Dico autē
cōia: veluti quoduis affirmādū, aut negādū
est. Gna.n.eoz q sunt nō eadē sunt sz diuer/
sa: atqz alia solis cōpetūt quātis: alia solis hi/
sce que rōnem subeūt qualitatis, cuz quibus
per cōmunia demonstrationes cōficiuntur.

¶ Sed neqz cōium principiorū pnt esse aliq/
ex qbus oia demōstrabunt. Dico aūt cōia,
vt oē affirmare z negare. gna.n.eoz sunt al/
tera. Et alia qdē in quātitatib9: alia vo in q/
litatibus sunt solis: cū qbus demrat p cōia.

F ¶ Que sumit ex pncipijs cōib9, z dicit q nō pnt esse aliq
Expo. l'e. pncipia cōia ex qbus solū oia syllogizant, sicut hoc pn
cōe, de quolibet affirmatio vel negatio. qd qdem cōiter
est verū in oi gne, non tn est pole q ex solis aliqbus tali
ter cōibus possint oia syllogizari, qz genera entiuz sunt
diuersa. Et diuersa sunt pn q sunt solū quātitatū pn, ab
his q solū sunt pn qlitatū. que opz coassumere pncipijs
Glo. cōib9 ad cōcludēdū in qlibet mā. Puta si in quātitatibus
oporteat ex dicto pn cōi syllogizare, opz accipere, q cū
hec sit falsa, pūctus est linea, opz hanc esse verā, pūctus
non est linea. Et silr in qlitatibus opz coassumere aliqd
propriū qualitati. Vn relinqtur, q impole sit eē eadem
pn oium syllogismoz. ¶ Tertiam rationem ponit ibi.

¶ Preterea principia nō multo sunt paucio/
ra cōclusionibus. Principia.n.ipse sunt pro/
positiones. Propōnes aūt sunt cuz, aut ad/
ditur, aut interponitur terminus. Preterea
cōclusiones sunt infinite: termini vo finiti.

Vide ianuo. ¶ Amplius pricipia nō multo minora sunt cō
clusionibus. Pricipia qdē.n. ppōnes sunt,
propōnes aūt assumpti termini, aut imissi st.
Adhuc cōclones ifinite sūt: termini āt finiti.

G ¶ Que sumit ex cōparatione pmissaruz ad cōnes, z dicit
Expo. pme q pncipia nō sunt multū pauciora cōnibus. Sunt quidē
pauciora, qz quāuis ad vnā cōnem inferendā duo pnci/
pia.s. due propōnes reqrant; qz vna cō non concluditur
imediate nisi ex duab9, tn vna propōne pōt qs vti ad ise
rendū plurimas cōnes, fm q sub subiecto aut sub pdica
to multa accipi pnt. Nō tn sunt multo plā pn qz cōnes,
qz plima eoz q pncipijs coassumunt ad cōnes alias in/
ducēdas, sunt ēt cōnes. Pricipia.n.propōnes hic appel/
lant, propōnes aūt aut assumpti termini, aut imissi sunt
H i. ppōnes in syllis multiplicant, aut assumēdo terminos
Expo.2. niēdū, 2° quō oȝ accipe dr̄ias. ibi [Post āt accepto ⁊c̄.] Dicit ḡ p̄ q̄ cū aliq̄s vult negociari ad diffiniēdū aliqd̄ totū.i.vl̄e, ɔgruū est vt p̄ diuidat genus in p̄mas p̄tes illius gn̄is q̄ sunt indiuisibiles s̄m spēm, puta q̄ diuidat numerū in binariū ⁊ ternariuȝ. Et hac diuisione p̄missa p̄ quā cognoscit genus, tentet postea accipere diffōnez singularū spērum, sicut ēt fit in alijs, puta in linea recta, ⁊ in circulo, ⁊ in recto angulo. Oīa.n.hec congrue diffiniūtur p̄missa diuisione generis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Post hoc sumpto qd nā sit genus, vtrum quātitas, an q̄litas, p̄prios affectus p̄ cōes p̄mos cōtēplari. Nā ea q̄ ijs accidūt, q̄ cōponunt ex īdiuiduis, ex diffōnib⁹ inotescēt: p̄pterea q̄ diffō simplex que p̄ncipiū est oīuȝ: ⁊ ea que simplicibus accidunt, per se quideȝ ipsis solis: per ipsa ꝯo ceteris competunt.

Uid̄e i anno. ¶ Post hec aūt accipiēdū qd gen⁹ sit, vtȝ q̄ȝtitas sit, aut q̄litas, ⁊ p̄prias passiones speculari p̄ cōia p̄ma. Cōposita.n.ex athomis ɔuenientia ex diffōnib⁹ erūt māifesta, p̄p qd̄ p̄ncipiū ē oīuȝ diffōnū qd̄ simplex ē, ⁊ simplicib⁹ p̄ se inesse ɔuenientia solum, alijs aūt s̄m illa.

C Expo.p. ¶ Ostēdit qualr̄ sint accipiēde dr̄ie, ⁊ dicit q̄ postq̄ȝ accepimus p̄ diuisionē gn̄is in spēs qd sit gen⁹, puta vtruȝ sit in gn̄e q̄litatis, vel q̄ȝtitatis, opȝ ad inuestigādū dr̄ias ɔsiderare p̄prias passiones que sicut dictū est sunt signa manifestātia formas p̄prias spērum. Et hoc opȝ p̄mūȝ
Lec. secdā. expo.4. Ulti. facere p̄ aliq̄ cōia. Si.n.nos ɔgregemus accn̄tia ex gn̄ibus cōioribus q̄ hic dicunt īdiuisibilia q̄ nō resoluunt in aliq̄ p̄ora, statim ex diffōnibus eoȝ erūt manifesta ea q̄ q̄rimus. Opȝ.n.oium diffōnū eē p̄n^m id qd̄ simplex ē .i.gen⁹ cōe, ⁊ h̄ simplicib⁹ soiū p̄ se isunt accn̄a q̄ cōiter inueniunt i multis, oib⁹ aūt alijs ɔueniūt s̄m illa. Sicut albū ⁊ nigrū p̄ se qdē ɔueniunt corpi terminato. ⁊ s̄m h̄ cōe ɔueniūt ⁊ hoi ⁊ equo ⁊ q̄buscūq̄ȝ alijs. Un̄ si oporteret accipe diffōnē alic⁹ cui vlr ɔueniret albū, puta diffōnē niuis, oporteret recurrē ad gen⁹ cōius qd̄ est corpus terminatū. ⁊ ex eo inuestigare cām albedis, ⁊ s̄m h̄ ostenderet nobis q̄re nix vlr sit alba. Et ista cā poterit p̄tinere ad q̄dq̄dest niuis, puta ispissatio huiꝯ que facit humiduȝ terminari cū ɔseruatione lucis. ¶ Deinde cū dicit.

¶ At q̄ diuisiones que p̄ dr̄ias proficiscūtur vtiles sunt ad diffōnes hoc pacto inuestigādas. Ipsas tn̄ nō ostēdere dictum est antea. Utiles aūt erūt hoc pacto solū ad rōcinādū ipm qd est. Atq̄ȝ videbit ipsa diuisio nihil facere prorsus, s̄ȝ vniuersa stati accipe p̄inde atq̄ȝ si eadē ab initio sine disiōe q̄spiā sumeret.

T.cõ.19. ¶ Diuisiones aūt q̄ sunt s̄m dr̄ias vtiles sūt ī his, vt sic adeam⁹. Sic̄ tn̄ demōstrāt dictuȝ est in p̄orib⁹. Utiles aūt sunt vtiq̄ȝ sic solū ad colligēdū q̄dq̄dest: ⁊ ēt videtur vtiq̄ȝ nil vtile: sed mox vidētur accipere oīa, tanquā si ex principio acceperit aliquis sine diuisione.

D Expo.p. ¶ Ostēdit quō p̄dictus p̄cessus ɔferat ad diffōnes, ⁊ dicit q̄ ad hoc qd̄ aliq̄s in p̄dicto mō procedat ad diffiniēdum.i.diuidēdo genus in spēs, vtile est qd̄ hō accipiat
2° Lec.prece. Item supra lec.4. Ulti. diuisionē generis per dr̄ias. S̄ȝ tn̄ quo mō per hoc manifestetur q̄dq̄dest, dictū est in p̄cedētib⁹. Sunt q̄deȝ vtiles p̄dicte diuisiones ad accipiēdū q̄dq̄dest solum, sicut dictum est, sed ad syllogiȝandū q̄dq̄dest nihil videntur facere vt prius dictuȝ est. Sed videtur qd̄ diuidētes statim accipiat omnia syllogiȝata, sicut si p̄us aliquis accepisset antequam diuideret. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Refert aūt, ea que predicātur primū ⁊ posterius p̄dicari, veluti si aial mite bipes, aial bipes mite dicat. Etenim si ex duobus oīs definitio ɔstet: ⁊ vnū qd sit ipsuȝ aial māsuetum: atq̄ȝ rursus ex hoc ⁊ dr̄ia fiat vnū: hō in quam: vel q̄cquid tandē id sit qd̄ vnum efficitur: necesse est diuidentem petere semper.

Uide i anno. ¶ Differt aūt aliqd̄ prius ⁊ posterius p̄dicamētoȝ p̄dicari: vt est dicere aial māsuetū bipes: ⁊ bipes aial māsuetuȝ est: ⁊ iterū ex hoc ⁊ differentia est homo aut qd̄libet esse vnuȝ sic. Unde necesse est diuidentem repetere.

E ¶ Ostēdit qd oporteat cauere ne circa p̄dictū processum defectus accidat. Et circa hoc duo facit. Prio oñdit qd̄

oportea cauere inordinationē, 2° q̄ oporteat cauere di-
2ª pme minutionē. ibi [Amplius aūt ad nil reliquēdū ꝛc.] Dicit
ergo p̄ q̄ nichil differt qd prius ꝛ qd posterius p̄dicet
iter ea q̄ ponunt in diffōne. Pōt.n. vno mō sic dici q̄ hō
est aial māsuetū bipes. Alio mō pōt ordinari, vt dicat
q̄ hō est bipes aial māsuetū. Et q̄ h̄ differat ad diffinie-
dū p3 p hoc, q2 op3 q̄ oē qd diffinit̄ ɔstituatur ex gn̄e ꝛ
dr̄ia. Sic igit̄ si māsuetū accipitur vt dr̄ia aialis, op3 q̄
aial māsuetū sit aliqd vnū qd accipiat̄ vt genus ex quo
ꝛ alia dr̄ia q̄ est bipes ɔstituitur hō. Et eadem rō est de
quocūq3 alio qd sit vnū ex pluribus p se ꝛ non p accñs.
Sicut igit̄ differt q̄ accipiat̄ hoc vel illud pro gn̄e vel
dr̄ia, aut q̄ accipiat̄ aliquid vt est dr̄ia cōstitutiua gn̄is
ꝛ diuisiua eiusdē, ita differt ad diffiniendū q̄ sic vel ali-
F ter partes diffōnis ordinent̄. Si.n. dicā q̄ hō ē aial mā-
suetū bipes, accipiet̄ aial vt genus, māsuetū aūt vt dr̄ia
ɔstitutiua eius, bipes aūt vt dr̄ia diuisiua ipsi°. Ecōuer-
Alt. so aūt erit si dicat̄ q̄ hō ē aial bipes māsuetū. Quia igi-
tur dr̄ia ordinis facit dr̄iā in qdqdest, ɔñs est q̄ ille qui
diuidit nō solū supponat ea q̄ accipiunt̄ ad diffiniendū,
sed ēt petat ordinē eorūdē. Et sic manifestū est q̄ diffini-
tio non syllogizat quodquidest. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Preterea h̄ pacto dūtaxat fieri pōt: vt ni-
hil eoꝝ p̄termittat̄: q̄ sunt i diffōne ponēda.
Sūpto nāq3 gn̄e p̄: si accipiat̄ aliq̄ diuisionū
inferioꝝ: non oē cadet in illā: ceu nō oē aial:
aut ɔtinuaꝝ: aut diuisaꝝ alaꝝ est: s3 volatile
aial oē. Huius est.n. hec dr̄ia. Pria aūt aialis
ea est dr̄ia: in quā oē aial cadit: ꝛ cuiusq3 ce-
teroꝝ sil'r generꝝ: ꝛ eoꝝ q̄ sunt extra aial: ꝛ eo-
rū q̄ sub ipso sunt collocata: ceu volucris ea
est dr̄ia p̄ma: in quā oīs volucris cadit: ꝛ pi-
scis itidē ea in quā oīs piscis. Hoc igit̄ si p-
ficiscat̄ qs̄piā pacto sciat nihil prorsus p̄ter-
misisse. Q2 si nō hoc mō pcedat: ꝛ pretermit-
tere cū necesse est: ꝛ idipsum quoq3 nescire.

¶ Amplius aūt ad nil relinquēdū in eo qd est:
sic solūmō ɔtigit. Cū.n. p̄mū accipit̄ genus:
si qdē alicui° iferioꝝ aliquā diuisionē accipiat:
nō icidet oē i h̄. Ut nō oē aial aut totalū est:
aut diuisū3 pēnis: s3 pēnatū aial ē oē. Huius
eni dr̄ia hec ē. Pria aūt est dr̄ia aialis: i quā
oē aial icidit. Sil'r aūt ē i vnoquoq3 alioꝝ: ꝛ i
his q̄ extra gen°: ꝛ q̄ sub ipsis sunt: vt in aue
in q̄ est oīs auis: ꝛ i pisce i quo est oīs piscis.
Sic igit̄ cū ambulās est: qd est scire q̄ nil re-
lictū est. Al'r aūt relinq̄re ē necesse ꝛ nō scire.

G ¶ Docet cauere diminutionē ostendēs quō fieri possit vt
Expo.p̄ nihil p̄termittat̄ eoꝝ q̄ reqrunt̄ ad qdqdest. ꝛ dicit q̄ h̄
ɔtingit fieri solū isto mō quo dicet̄. Ad cuius euidētiā
ɔsiderādū est q̄ oēs dr̄ie supiorū generꝝ p̄tinēt ad qdqd
est alicuius spēi. Nā iferius genus ɔstituit̄ p dr̄iā diui-
siuā supioris gn̄is. Ad vitādū ergo diminutionē op3 q̄
nulla huiō dr̄iarū p̄termittat̄. Pretermittit̄ aūt si aliqs
accepto sūmo genere, accipiat ɔñter aliquā dr̄iā diui-
siuā. nō qdē ipsius sūmi gn̄is, sed alicuius inferioris.
a. Q3 ōt qdē h̄ mō cogs̄ci pōt, q2 cū aial accipiat̄ aliqd sup-
mū genus, si postea aliqs accipiat diuisionē alicuius de
H inferiorib° gn̄ibus, nō totū qd ɔtinet̄ sub genere supio-
3° re cadet sub illa diuisione. Et ponit ad hoc exēplū. Si-
cut nō oē aial est vel totalū, vel diuisum pēnis. Dr̄ autē Aial totale
aial totalū qd h3 totas alas itegras ꝛ ɔtinuas, sic̄ vesp- vel diuisum
tilio. Diuisum pēnis aūt dr̄ aial cuius ale distinguunt̄ p pennis.
diuersas pēnas, sicut ancipitris vel corui. Aiali aūt non
h̄nti alas neutrū hoꝝ cōuenit, sed oē aial volatile conti- 4.
netur sub altera haꝝ dr̄iaꝝ, q2 s3 p̄dictas dr̄ias diuidit̄
hoc gen° qd est aial volatile. S3 p°ꝛ imediata dr̄ia aia- 5.
lis attēdit̄ ex h̄ q̄ oē aial cadit sub diuisiōe. Et ita est ēt 6.
de oibus aliis gn̄ib°, siue accipiamus gn̄a q̄ sunt extrin-
seca aiali, sicut lapis ꝛ plāta, siue illa q̄ sub aiali ɔtinen-
tur, sicut auis piscis. Prima tñ dr̄ia auis attēdit̄ s3 dr̄iā
i quā incidit oīs auis, ꝛ eadē rō ē de pisce. Cōcludit ḡ q̄
si aliqs sic pcedat in diuidēdo. s. q̄ totū diuisum cōtineat
sub partib° diuisionis, poterit homo cognoscere q̄ nil
est relictū de his que sunt necessaria ad diffiniendū. Si Alt.
autem aliter procedat̄, necesse est q̄ aliqua relinquan-
tur: ꝛ q̄ hō non cognoscat se integraliter diffinisse.

¶ Non autem oportet eum qui diffinit ac di-
uidit omnia scire que sunt. T.c. 30.

¶ Nihil āt op3 diffinietē oia scire q̄ st̄. L.E.XV.

POstq̄ Phs ostēdit veritatē circa diuisionē
gn̄is q̄ sumit̄ ad diffiniēdum, hic excludit
duos errores, 2m ibi [Oē aūt icidere.] Cir-
I ca p̄m tria facit. Primo pponit exclusionē Expo.a.
erroris, ꝛ dicit q̄ nō est necciū q̄ ille q diui-
dēdo diffinit sciat oia q̄ sunt in mundo. ¶ Secūdo ibi.

¶ Quāq̄ nōnulli cēsent fieri nō posse: vt quis
quā vnq̄ dr̄ia ad vnūqdq3 cuiusq3 sciat: nisi
scierit vnūqdq3. Sine dō differētiis nūquā
fieri posse, vt qcquā sciatur. A quoq3 nāq3
nō differt quispiā: idem qd illud inquiūt es-
se: a quo dō differt ab eo diuersum esse.

¶ Et tñ ipoe qdā dicūt eē dr̄ias cognoscere
q̄ sunt ad vnūqdq3: nō cognoscētē vnūqdq3.
Sine āt dr̄ntiis si eē vnūqdq3 scire. A q̄.n. nō
dr̄: idē eē huic a q̄ aūt differt: alterū ab hoc.

K ¶ Narrat opionē errātiū. Dicebāt.n. qdā q̄ nō pōt agno- Expo.p̄.
sci dr̄ia alicui° ad oia alia entia nisi oia alia entia cogno-
scant̄, vt p3 i aliqb° duob°, q̄ꝝ dr̄iā cogs̄cē nō possum°, 2.
nisi vtrūq3 cogs̄cam°. Addebāt āt q̄ nō ē poīe q̄ aliqd Alt.
sciat̄ qd est, nisi cogs̄cat̄ dr̄ia ei° ad oia alia. Id.n. a q̄ ali-
qd nō dr̄t est idē3 ei, illd aūt a quo dr̄t est alteꝝ ab ipso.
Nō aūt possum° scire qd sit vnūqdq3, nisi sciamus qd sit
idē ei, ꝛ quid alteꝝ ab eo. Et s̄m hoc ɔcludebāt q̄ non
pōt aliqd cognosci nisi oia cognoscant̄. ¶ Tertio ibi.

¶ Primo igitur hoc est falsum. Non.n. qua-
uis differentia res sunt diuerse. Complures
enim insunt rebus eisdem specie differētie:
sed non per substantiam: neq3 per se.

¶ Primū qdē igit̄ hoc falsum est. Nō.n. s̄m
oēm dr̄iam alterū est. Multe eni3 sunt dr̄ie
in eadē specie: sed nō s̄m subām: neq3 per se.

L ¶ Improbat qd dictū est dupl'r. Et p̄ quidē iterimit hoc Expo.pme.
qd dictū est, q̄ illud a quo aliquid differt est alterū. Lo-
quimur enim nūc de eodē ꝛ altero s̄m essentiā quā si- Alt.
gnificat diffō. Manifestū est aūt q̄ ēt in eadē specie sunt
dr̄ie multe accidentales, que nō diuersificant subām spe-
ciei quā significat diffō, nec per se insunt. Vn̄ ɔñs est q̄ Expo.2.
non oīs dr̄ia facit talem alteritatem quam necessarium
sit cognoscere ad diffiniendum. ¶ Secundo ibi.

¶ Deīde cū qs̄piā accepit ea que opponun-

tur, & differentiam: & omne, aut in hanc partem: aut in illam cadere: sumpseritque in altera parte rem eam quam querit esse, & idipsum cognouerit: nihil refert si sciat: nec ne: de quibus alie differentie predicantur. Patet enim eum habiturum esse rationem substantie: si sic proficiscens ad ea tandem peruenerit: quorum non est vlterius differentia.

¶ Postea cum accipiat opposita & secundum differentiam: & cum omne incidat hic, aut idem: & accipiat in altero quod queritur esse: & hoc cognoscit, nihil differt scire, aut nescire, in quibuscunque predicantur de alijs differentie. Manifestum enim quoniam si sic vadens veniat in hoc, quorum non amplius est differentia, habebit rationem substantie.

A Expo.p. ¶ Improbat que dicta sunt alio modo. Cum enim ille qui vult diffinire diuidendo accipiat oppositas differentias hoc modo quod omne quod continetur sub diuiso cadat sub hoc membro diuisionis, vel sub illo, & accipiat sub altero membrorum id cuius diffinitio queritur, si hoc quod intendit diffinire cognoscat sub illo membro diuisionis contineri, non differt ad propositum, verum sciat, vel nesciat quod de quibusdam alijs rebus predicentur opposite differentie. Puta si diuidam animal per rationale & irrationale, & accipiam propositum sic hominem contineri sub rationali, non requiritur quod sciam de quibus irrationale predicetur, nec qualiter illa adinuicem differant. Manifestum enim est quod si aliquis sic procedat. scilicet

Alit. diuidendo genus per primas differentias eius, & accipiendo propositum sub altero membro diuisionis quousque perueniatur in illa que vlterius diuidi

B non possunt essentialibus differentijs, sic procedens habebit diffinitionem substantie quam querebat. Decipiebantur quidem predicti homines ex eo quod non distinguebant inter cognoscere aliquid in communi & in speciali. Oportet enim quod quicunque scit quid est aliquid, cognoscat omnia alia in communi, non autem in speciali. Puta qui scit quid est homo, oportet quod sciat hominem per hoc quod est animal distingui ab omnibus que non sunt animalia, & per hoc quod est rationale distingui ab omnibus que non sunt rationalia. Non enim oportet quod illa cognoscat nisi secundum hoc commune quod est animal, vel rationale. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Omne autem in ipsam diuisionem cadere: si sint ea opposita, quorum non est medium quicquam: non est postulatio. Necesse est enim omne in altero ipsorum esse: si illius est differentia.

¶ Omne autem incidere in diuisionem si sunt opposita, quibus nihil interest: non est repetitio. Necesse enim est omne in altero ipsorum esse: siquidem illius differentia est.

C Expo. prime Alit. ¶ Excludit secundum errorem. Posset enim aliquis credere quod quicunque vtitur diuisione ad diffiniendum, indigeat petere quod totum diuisum contineatur sub membris diuisionis, sed ipse dicit quod hoc est necessarium si opposita per que fit diuisio sint imediata, quia secundum hoc necessarium est, quod totum diuisum sub altero oppositorum contineatur, dum tamen accipiantur prime differentie alicuius generis. Differentie enim que sunt immediate si comparentur ad genus inferius, non sunt imediate, si comparentur ad genus superius. Sicut par & impar sunt imediata si comparentur ad numerum, cuius sunt proprie differentie, non autem si comparentur ad quantitatem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ad extruendam autem probandam per diuisiones diffinitionem, hec tria sunt obseruanda. Primum vt ea sumantur que in hoc ipso quid est predicantur. Secundum vt hec adeo disponantur: vt primum in primo: secundum in secundo loco ponatur. Tertium vt hec omnia sint.

Tex. 11. ¶ Ad construendum autem terminum per diuisiones tria oportet coniecturari accipientem predicantia in eo quod quid est: & hec ordinare quid primum, aut secundum: & hec omnia sunt.

D ¶ Postquam exclusit ea que non requiruntur ad diuisiones diffiniti, hic ostendit que secundum rei veritatem requiruntur. Et primo ponit quod intendit, secundo manifestat propositum, ibi [Est autem horum vnum.] Dicit ergo primo quod ad hoc quod aliquis constituat terminum. id est diffinitionem per viam diuisionis, tria oportet considerare, quorum primum est, vt Expo. tex. ea que accipiuntur predicentur in eo quod quid est, secundo vt ordinetur quid sit primum & quid secundum, tertium est quod accipiantur omnia que pertinent ad quod quid est, & nihil eorum pretermittatur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Atque primum istorum erit, si possumus quemadmodum ad accidens ratiocinari, ipsum inquam competere & per genus probare.

¶ Est autem horum vnum primum per id quod possumus sicut ad accidens colligere quoniam est: & per genus probare.

¶ Manifestat propositum. Et primo ostendit quomodo tria predicta possunt obseruari, secundo ostendit quod predicta tria obseruata sufficiant, ibi [Manifestum est autem.] Circa primum tria facit. Primo ostendit quomodo obseruetur primum, & dicit quod vnum horum quod. scilicet accipiantur ea que ponuntur in eo quod quid est obseruatur, per hoc quidem per hoc quod homo potest inducere syllogismum quod id quod assumitur insit, sicut cum disputatur ad problemata de accidente. Secundo, vt ostendatur quod predicatur in eo quod quid per ea quibus disputatur ad problemata de genere. ¶ Secundo ibi, E Expo. tex.

¶ Secundum fiet si ipsum primum sumpserimus. Hoc autem erit, si id accipiatur quod tale est: vt ipsum quidem omnia sequuntur: omnia autem ipsum non consequuntur. Necesse est enim aliquid esse tale: quo sumpto, idem iam erit, & in inferioribus modus. Id enim erit secundum quod ceterorum est primum. Et id etiam tertium: quod est herentium primum. Superiore namque sublato: id quod heret ceterorum erit primum: vt patet. Et in ceteris eodem modo.

¶ Ordinare autem sic oportet: si primum accipiatur. Hoc autem erit si primum accipiatur quod omnibus inheret: illi autem non omnia. Necesse est enim aliquod esse huiusmodi. Accepto autem hoc erit idem in omnibus inferioribus modus. Secundum autem aliorum primum erit: & tertium habitorum. Remoto enim quod est supra, sumptum habitum aliorum primum erit. Similiter autem est & in alijs.

¶ Manifestat quomodo obseruetur secundum. scilicet debita ordinatio partium, & dicit quod tunc ordinantur partes diffinitionis sicut oportet, si aliquis primo accipiat id quod est primum, & hoc erit si aliquis bene primo accipiat id quod consequitur alia posterius accepta, & non econuerso. Hoc enim est communius & prius. Necesse est autem aliquid huiusmodi accipi in diffinitione tanquam genus, puta cum dicitur homo est animal gressibile bipes. Si enim est gressibile bipes, est animal, sed non econuerso. Cum ergo iam acceperimus animal tanquam primum, idem modus obseruandus est in ordinatione inferiorum. Accipietur enim quasi secundum in diffinitione illud quod secundum rationem premissam erit primum inter omnia sequentia, & similiter accipietur tertium id quod est primum respectu habitorum. id est consequentium. Semper enim remoto superiori, illud quod est habitum. id est immediate consequens erit primum omnium aliorum. Et ita est etiam in omnibus alijs, puta in quarto, & in 5°, si tot oporteat partes diffinitionis esse. ¶ Tertio ibi. F Expo. p. 2 3 4 5 6 Alit.

¶ Patebit autem hec omnia esse: quod erat tertium: si sumpserimus primum ipsum per diuisionem omne: aut hoc: aut hoc animal esse. Esse autem hoc: & rursus totius differentiam: huius extremi iam non vlterius differentiam esse: vel etiam statim cum vltima differentia ab ipso toto: non differre id specie.

¶ Quod autem hec omnia sint manifestum est ex hoc quod recipimus primum quidem secundum diuisionem: quoniam omne est aut hoc aut illud. Est autem hoc: & iterum totius differentia: a toto nil differre specie amplius hoc.

G ¶ Manifestat qualiter possit tertiũ obseruari, ꝛ dicit ꝙ
Expo. l[ite]re manifestũ erit omnia que pertinẽt ad q̃ᷓdqđ est accipi in
diffõne s[ecundu]m modũ supra dictuȝ ex hoc ꝙ diuidẽdo aliqđ
genus accipimus primas dĩias sub qbus diuisuȝ v[er]e cõ
tinetur, sicut oẽ aial est hoc vel illud, puta rõnale vel ir/
rõnale, ꝛ accipiamus qđ intẽdimus diffinire eẽ hoc pu/
Alia. ta rationale. Et iterum accipiemus hoc totum. s. aial ra
tionale, ꝛ diuidemus ipsum per dĩias proprias, sed q̃n
iam deuenimus ad vltimam dĩiam iaȝ nõ erit diuidere
per alias dĩias specificas, sed statiȝ vltima dĩia addita,
hoc cuius diffõ queritur i nullo differret specie a suo to
to. i. a rõne congregata ab oibus partibus acceptis, si/
cut homo nõ differt specie ab aliquo coꝝ de qbus pre/
dicatur aial rationale mortale. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Patet. n. neqȝ plus opȝ q̃cq̃ȝ additũ esse.
Oia nãqȝ sumpto hocipso qđ est p̃dicantur,
neqȝ q̃cq̃ȝ deesse. Nã aut gen⁹, aut dĩia eẽt.
At gen⁹ ẽ ip̃m primũ: ꝛ hoc cũ dĩntijs simul
est sumptũ. Dĩie etiã vniuerse sunt sumpte:
nulla. n. prorsus posterior ẽ. Spẽ nãqȝ differ
ret ip̃m extremũ. At hoc dictũ ẽ nõ differre.
¶ Manifestũ. n. est q̃m neqȝ plus h̃ apponit̃.
Oia. n. i eo q̃ᷓdqđ est accipiunt̃ hoꝝ neqȝ de
ficere nihil. Aut. n. genus, aut dĩia vtiqȝ eẽt.
Genus qđẽ igit̃ est primũ, ꝛ cuȝ differẽtijs
p[ri]us acceptũ est: dĩie aũt oẽs ꝯtinent̃. Nõ. n.
amplius sunt vltima. Specie. n. differret ꝛ
vltimũ. Hoc autem est dictum non differre.

H ¶ Ostendit ꝙ tria p̃dicta obseruata sufficiãt ad diffinien
Expo. l[ite]re. dum, q[uia] diffõ neqȝ supfluũ neqȝ diminutũ hẽbit. Qꝫ autẽ
nõ apponat̃ aliqđ plus q̃ȝ debeat, manifestũ est per p[ri]m
1. triũ p̃dictoꝝ, q[uia]. s. accepta sunt solũ ea que p̃dicãtur i eo
q̃ᷓd qđ, ꝛ talia necesse erat accipe. Silr ẽt manifestuȝ est
3. ꝙ nihil deficit. Aut. n. deficeret genus, aut dĩia. Sed ꝙ
4. genus nõ deficiat, pȝ ex 2° triũ dictoꝝ. Acceptũ est eniȝ
p[ri]m id sine quo nõ sunt alia, ꝛ põt esse sine alijs. ꝛ hoc est
genus, ꝛ cũ genere postea accepte sunt dĩie. Sed ꝙ dĩie
5. oẽs sunt accepte pȝ p tertiũ p̃dictoꝝ triũ, q[uia] nõ amplius
põt accipi posterior dĩia post illã cuius diximus nõ esse
etiã differentiã, q[uia] iam sequeretur ꝙ vltimum acceptuȝ
6. adhuc differret, differẽtia essentiali, cum tamen dictum
Alia. sit, ꝙ non differat. Similiter etiam ex premissis pȝ ꝙ nõ
intermittitur aliqua differentia in medio, per hoc. s. ꝙ
semper accipiuntur p[ri]me differẽtie. Unde relinquitur
ꝙ sufficiant tria predicta ad diffiniendum obseruari.

¶ Querere aũt opȝ ĩspiciẽdo: primuȝ ad ea q̃
sunt silia: ꝛ nullã iter se dĩiam h̃nt: qđ nã idẽ
habeãt vniuersa. Deide ad alia q̃ sub eodeȝ
cũ illis gñe collocant̃, ꝛ sunt qđẽ eiusdẽ iter
se spẽ: ab illis aũt spe sunt diuersa. Atqȝ si in
ijs accipiat̃ aliqđ penitus ideȝ: ꝛ in alijs sili
mõ. Rursus ꝯsiderãdũ ẽ si i ijs q̃ sunt sum/
pta sit aliqđ idẽ: q̃usqȝ ad vnã rõnẽ fiat acces
sio. Hec. n. erit ipsius diffõ rei. Qđ si non ad
vnã rõnẽ, sed ad duas, vel plures itur: pȝ id
quod q̃ritur non vnũ quid esse: sed plura.
T. c. 33. ¶ Querere aũt opȝ intẽdẽteȝ in silia ꝛ in dĩia.
Primũ qđẽ oia idẽ habeãt: postea iteꝝ i al/
teris q̃ in eodẽ qđẽ gñe sunt cũ illis: sunt aũt
ipsis qđẽ idẽ specie: illoꝝ aũt altera. Cũ aũt
in his accipiat̃ qđ habeãt oia ideȝ: ꝛ in alijs
silr: in acceptis iteꝝ silr intẽdẽdũ si idẽ sit: q̃/
usqȝ in vnã ꝯueniãt rõnem. Hec aũt erit dif/
finitio. Si v[er]o nõ vadit in vnã sȝ in duas aut
plures: manifestũ est ꝙ vtiqȝ non est vnũ ali
quod qđ queritur: sed plura. LECTIO. XVI.

Postq̃ȝ Ph[ilosoph]s docuit inuestigare q̃ᷓdqđ est s[ecundu]m
modũ maxie ꝯgruũ q est p diuisionẽ gñis,
hic docet inuestigare q̃ᷓdqđ est alio⁰. Et cir/
ca h̃ tria facit. P[ri]o docet p̃dictũ modũ inue
stigandi, 2° manifestat p exẽ[plu]m. ibi [Utputa
dico.] 3° p[ro]bat huc modũ eẽ ꝯueniẽtẽ. ibi [Semp aũt ẽ
1 Expo. l[ite]re. ois diffõ.] Dic̃ ḡ p̃ ꝙ si aliqs inq̃rit diffõneȝ alicui⁹ rei,
opȝ ꝙ attẽdat ad ea q̃ sunt silia illi, ꝛ ẽt ad ea q̃ sunt dĩia
2. ab illa re, qđ qđẽ q̃lr fieri debeat ostdit subdẽs, ꝙ p̃ opȝ
circa silia ꝯsiderare qđ idẽ i oib⁹ iueniat̃, puta qđ idẽ in
ueniat̃ i oibus hoib⁹, q oẽs ꝯueniũt i h̃ qđ ẽ eẽ rõnale.
Postea ꝯsiderãdũ ẽ iteꝝ i alijs q̃ ꝯueniũt cũ p[ri]mis in eo
dẽ gñe, ꝛ sunt sibiinuicẽ idẽ spe, sunt aũt altera spe ab il
lis q̃ p̃ accipiebant̃, sicut eq̃ ab hoib⁹, opȝ ẽt accipe qđ sit
3. idẽ in his. s. eq̃s: puta hinnibile. Cũ ḡ accipiat̃ qđ sit idẽ i
oib⁹ his. s. hoib⁹, q[uia] rõnale, ꝛ qđ sit idẽ silr i oib⁹. s. eq̃s,
hinnibile, iteꝝ ꝯsiderã[du]m ẽ si aliqđ ẽ idẽ in istis duob⁹ acce
ptis. s. i rõnali, ꝛ q[uia] hinnibili. Et ita ẽ ꝯsiderã[du]m q̃usqȝ pue
4. Alia. niat̃ ad aliquã vnã rõneȝ cõem. Hec. n. erit diffõ rei. Si
v[er]o tal'a ꝯsideratio nõ inducat in vnã rõnem cõem, sȝ in
ducat in duas rõnes diuersas, aut ẽt in plures, manife/
stũ erit, ꝙ id cui⁹ diffõ q̃rit̃ nõ erit vnũ s[ecundu]m ẽẽntiã, sȝ plu
ra, ꝛ ita nõ poterit hẽre vnã diffõnẽ. ¶ Deinde cuȝ dicit.

¶ Ueluti si q̃rat̃ qđ nã sit magnitudo animi:
ꝯsiderãdũ est i aliqb⁹: q̃s qđẽ scimus eẽ ma
gnanimos: qđ nã h̃eãt vnũ oẽs pacto q̃ ta
les eẽ dr̃. Ceu si Alcibiades fuit magnani/
mus: ꝛ Achilles: ac ẽt Aiax: qđ vnũ oẽs ha
bebãt. Atqȝ. i. eos affectos ꝯtumelijs nõ p/
ferre. Nã p[ri]mus itulit bellũ: scđs iratus se a
socijs defendẽdis seiũxit: tertius sibi mortẽ
ꝯsciuit. Rursus i alijs ꝯsiderãdũ ẽ: vt Lysã
dro ac Socrate: qđ nã ꝛ istis ierat vnũ. Atqȝ
. i. eq̃bilr sese hẽre i scđis: atqȝ aduersis reb⁹
fortune. His sumpt[is] ꝯsidero qđ nã idẽ habe
ant hec: eq̃bilitas iquã i rebus fortune: ꝛ nõ
patiẽtia cũ ꝯtũelie afferũt̃. Qđ si nihil h̃eant
idẽ: due p[ro]fecto magnanimitat[is] spẽs erunt.
¶ Utputa si quid ẽ magnanimitas q̃rim⁹: in
tẽdẽdũ est i quosdã magnanimos: quos sci
Vide[te] hic mus ꝙ h̃eant vnũ oẽs inquãtũ sunt h[ui]⁹. Ut
magnanim⁹ alcides ẽ: aut achilles: aut aiax:
quid vnũ oẽs h̃nt nõ tolerare iniuriã. Hic q̃/
dẽ. n. dimicauit: ille v[er]o isaniuit: hic aũt iter/
fecit seip̃m. Iteꝝ idẽ est in alteris: vt i Lysan
dro: ꝛ Socrate: si id idifferẽtes p[ro]spitati: ꝛ i/
prosperitati: hec duo accipiẽs itẽdẽdo qđ idẽ
cõe h̃nt: aut ipassibilitas q̃ est circa fortunas
aut nõ tollerantiã iniuriaruȝ. Si v[er]o nullum
sit: due spẽs vtiqȝ erunt magnanimitatis.

A ¶ Manifestat qd dixerat p exe^m, et dicit, q si qram^9 qd e magnanimitas, debem^9 attēdere ad qsdā magnanimos, et sciam^9 qd vnū hūt in seipsis inquātū magnanimi sūt. Sicut Alcides.i. Hercules dictus ē magnanimus, et Achilles, et Aiax, q oēs hūt vnū qd cōe qd ē nō sustinere iniurias. Cui^9 signū ē, q Alcides nō sustinens iniurias dimicauit. Achilles vō i isaniā vsus ē p ira. Aiax āt iterfecit seipsm. Itez debem^9 ɔsiderare i aliis q dicūtur magnanimi, sic i Lysandro, aut Socrate. Hij. n. B cōe q nō mutabanē pp ɔspiratē fortune, et pfortuniū, sz indifferēter se hēbāt in vtriqz. Accipiam^9 ḡ hec duo.s.impassibilitatē a fortuitis casib^9, et nō tolerare iniurias, et cōsideremus si ē aliqd cōe eis. In B.n.ɔsistit rō magnanimitatis. Sic si dicam^9 q vtrūqz ɔtigit pp B, q aliqs existimat se dignū magnis. Ex B.n.ɔtigit q hō nō patit iniurias, et ex B ɔtigit q ɔtēnit mutationē exterioꝝ bonoꝝ tanqz minimoꝝ. Si āt nihil cōe iueniret illis duob^9 acceptis, nō esset vna spēs magnanimitatis, sz due. Vnde nō posset dari vna cōis diffinitio. ¶ Deinde cū dicit.

Expo.p. 1. 2. 3. B 4. Alit.

¶ Omnis aūt diffinitio vlis est semp. Medicus enim non diffinit salubre cuidam oculo, sed aut omni, aut specie determinato.

¶ Semper enim est ois diffinitio vlis. Non enī in quodā oculo dicit sanabile medicus, sed aut in omni, aut in specie determinans.

C ¶ Ostēdit pmissum modū iueniēdi qd qdest esse ɔueniētem. Et circa B duo facit. Primo ostēdit hūc modū ɔuenientē, 2° ostēdit qd ops in B mō vitare. Ibi [Si autē neqz disputare.] Circa p^m duo fac. Pmo ondit pdictum modū eē ɔueniētē quātū ad terminū, pt.s. ɔueni aliquid cōe, 2° quātū ad pcessuz, put.s. pcedit̄ i pdicto mō a pticularibus. Ibi [Faciliusqz est signare.] Dicit ḡ p q ɔueniēter dicit, q ops ingrentes qd qdest ɔuenire ad aliqd cōe, q2 ois diffō dat̄ de aliquo fm q ɔsideratur in vli, non aūt fm q ɔsiderat̄ in B singulari, vel in illo. Nō eni medicus diffinit qd sit sanū i hoc oculo huius hois, sed vel in vli simplr quātū ad oēs, vel distinguit sanum fm diuersas species: puta cum dicit hoc esse sanum cholericis, illud autem flegmaticis. ¶ Deinde cum dicit.

Expo.pme. Alit.

¶ Atqz facilius est singulare diffinire q̄ vniuersale. Quapropter, a singularibus ad vlia ops ascendere. Equiuocationes enim in vlibus magis latent, q̄z in ijs que nō differūt.

Vide lectione.

¶ Facilius.n.ē singulare diffinire q̄ vle. Vn ops ex singularib^9 i vlia ascēdē. Naqz equocationes latēt magis i vlib^9, q̄z i differētibus.

D ¶ Ostēdit pdictū modū eē ɔueniētē quātū ad pcessum quo.s. pcedit̄ a minus cōibus ad maius cōe. Et hoc 1°. Primo rōne facilitatis. Procedit.n. disciplina a facilioribus. Facili^9 aūt est diffinire singulare.i. aliqd min^9 cōe, q̄ vle qd est magis cōe, iquātū.s. i vlib^9 q̄ sunt min^9 determinata magis latēt equocatiōes, q̄z i illis q sūt idīa, et q nō diuidunt̄ poīas species. Et iō ops a singularibus diffiniēdo ascēdere ad vlia. ¶ Secundo ibi.

Expo.b^o. Alit. Expo.2.

¶ Ut aūt i demfationib^9 rōcinādi forma, sic i diffōnibus diluciditas inest ops, Que qdez fuerit, si seorsū id diffiniat qsqā, qd in pluribus gnibus est pea q in vnoquoqz dicunt: veluti sile nō oē, sz id qd in coloribus est et figuris: et acutū sili qd est in voce: et sic ad ipm cōe pcificat, caueꝫ ne equocationē offēdat.

M

¶ Dicit in demōstrationib^9 ops syllogiçari eē, sic et i terminis certā. Hoc aūt erit, si p ea q singulis dicunt̄ fit in vnoquoqz gn̄e diffinire separatim: vt sile non omne, sz in coloribus, et figuris: et acutum qd in voce est. Et sic necesse ire timentem: ne equocatio contingat.

¶ Ostēdit idē ex rōne euidētie. Sic.n. in demfationibus ops syllogiçari psupponēdo aliqd qd est euidēs et manifestū, sic et et in terminis.i.i diffōnibus. Nō.n. pōt aliqs deuenire in cognitionē alicui^9 ignoti nisi p aliqd notū, sine aliqs itēdat cogscere q est, qd fit p demfationē, siue qd est, qd fit p diffōnē. Hoc aūt ɔtigit vt.s. pcipiat aliqd euidēs, si fit.i. ɔtigat separatim diffōnez diffiniri p ea q singulis dr.i. que ,ppie ɔueniūt, et distincte huic, vel illi, sicut si aliqs velit notificare qd est sile: nō ɔsiderabit ad oē id qd pōt sile dici, sz de qbusdā silib^9, puta quo dicatur sile in colorib^9, et quo dicat̄ sile in figuris. Di.n. sile i colorib^9 ex vnitate coloris, dr aūt sile i figuris ex eo q anguli sunt eq̄les, et latera pportionabilia. Silr et i aliis si velit diffinire acutū nō respiciet ad oē qd dici pōt acutū, sz respiciet ad acutū fz q dr i voce. Et p hūc modū ps q aliqs diffinire itēdēs refugit stati ne ɔtingat equocatio. Et p ps et ɔueniēte modū diffiniēdi, q ex iferiorib^9 pcedit̄ ad cōe: iquātū.s. i spāib^9 spālis diffinire facili^9 ē, et magi i talib^9 pōt eē nota vniuocatio. ¶ Deīde cū.d.

E Expo.pme.

F Alit.

¶ Quod si neqz differere trāslationibus ops, patet neqz diffinire oportere: aut translationibus, aut hisce q p trāslationē dicunt̄. Erit enī necessitas vt trāslationibus differatur.

¶ Si autem neqz disputare in metaphoris: neqz qcunqz dicitur in metaphoris. Disputare enim necesse erit in metaphoris.

G Expo.p^o.

¶ Excludit modū pcedēdi in diffōnibus. Et dicit q sicut nō ops disputare per metaphoras, ita et nō ops diffinire per metaphoras, vtpote si dicamus q hō est arbor inuersa, nec ops diffōnib^9 assumere qcūqz metaphorice dicunt̄. Cū eni diffōnes sint pncipia et efficacissima media in disputationibus, si diffōnes darent̄ per metaphoras, sequeret q oporteret ex metaphoris disputare. Hoc aūt fieri nō ps, q metaphora accipit̄ fm aliqd sile, non aūt ops vt id qd est simile fm vnū, sit simile quantū ad omnia.

Alit.

¶ Ut āt facultatē hēamus medioꝝ ad ea demōstrādā, q pponunt̄ puestigare ops: et ea q aiantib^9 aptis ispiciunt̄: et ipas qzz diuisiones: atqz sic puestigare os supposito gn̄e cōi oium, ceu si aialia sint ea q ɔsiderant̄: q nā oi copetūt aiali. Quib^9 sumpt̄ rursus idētidez puestigare ops: q nā ceteroꝝ p cuils isunt: veluti si id sit auis: q nā oēm aueꝫ sequūt̄. Et sic sp q nā ppingssimo cōpetūt. Ps.n. nos posse iā dicē pp qd isunt ea q cōpetūt hisce q B ipso cōi sūt collata: vt pp qd hoi cōpetūt aut eq. Sit aūt aial qdē.b.i.a. Ho ponāt ea q aial oē sequunt̄: his āt i locis i qb^9.c.e.d. lre dsignāt̄ aialia singla collocēt̄. Ps itaqz pp qd a. ɔpetit f hi.c, pp.b. nāqz ɔpetit. Et silr cet i s.

¶ Ad hēdū aūt pblemata, eligere os decisiones et diuisiones. Sic aūt eligē subim gen^9 cōe

olum ꝯsiliuꝫ, vt si aialia sūt q̄ ꝯsiderāt: q̄lia oi
aiali īsunt. Accepꝭ aūt his reliq̄: si oi q̄lia īhe
rēt: vt si hoc est auis: q̄lia īhereāt oi aui: ꝛ sic
semp ꝑximo. Manifestū.n. ꝛ qm̄ hēbimus
iā dicere pp qd īsunt īherētia, is q̄ sūt sb cōi:
vt pp quid hoī, aut equo īsunt. Sit aūt aial in
quo.a.b. aūt īherētia oi aiali: ī qb⁹ āt sūt.c.d.
e. sint q̄dā aialia. Manifestuꝫ igit̄ ē pp quid ē
b. in.d. pp.a. eniꝫ: silr̄ ꝛ ī altjs: ꝛ semp in altjs
deorsum eadem ratio est. LECTIO. XVII.

Postq̄ꝫ ostēdit Phs quō opꝫ inuestigare qd
qd est, h̄ ostēdit quō oꝫ inuestigare pp qd. Et
circa h̄ duo facit. Pmo ostēdit quō oporteat
inuestigari pp qd, 2° mouet q̄sdā q̄ōnes circa
Le. pnte. seq. ipꝫ pp qd. ibi [De cā aūt ꝛ cui⁹ est cā.] Cir
ca p̄m duo facit. Pmo ostēdit quō alic⁹ q̄ōnis ꝓposite pos
sit inuestigari pp qd, 2° ostēdit quō diuerse q̄ōnes cōicāt in
pp qd. ibi [Eadē autē ꝓblemata.] Circa p̄m duo facit.
Pmo docet accipe pp qd accipiēdo cōe vniuocū, 2° acci
piēdo cōe analogū. ibi [Ampli⁹ āt ali⁹ modus.] Circa
p̄m duo fac. Pmo docet inuestigare pp qd accipiendo cōe
vniuocū qd ē gen⁹ noiatū, 2° accipiendo qdlꝫ aliud cōe.
H ibi [Nūc qdē igit̄ ꝛc.] Dic̄ g̊ p̄ q̄ ad h̄ q̄ hēam⁹ pp qd
Expō. p̄e. circa singula ꝓblemata q̄ ponunt̄, opꝫ ꝯsiderare diuisio
nes ꝛ subdiuisiones, ꝛ sic ad singula ꝓcedere disputādo
2° suppo¹ᵒ cōi gn̄e. Ut si aliqs velit cōsiderare pp qd aliqd
ꝯueniat aliqb⁹ aialib⁹, opꝫ accipe q̄lia sūt q̄ cōueniūt oi
3° aiali. Quib⁹ accepꝭ, opꝫ iterato accipe fm diuisionē q̄lia
sunt q̄ ꝯsequunt̄ p̄ ad aliqd cōe, q̄ sub aiali ꝯtinent̄, pu
ta q̄lia ꝯsequunt̄ ad oēm auē, ꝛ sic semp debem⁹ ꝓcedē
Lec. 14. accipiendo id qd est p̄m, ī qd. s. sit ime¹ᶦ diuisio, qd supra
obseruabat̄ ī diuisionib⁹, qb⁹ ꝓcedit̄ ad inuestigādū qd
4° qd est. Sic g̊ ꝓcedēdo manifestū est q̄ semp poterim⁹ di
cere pp qd aliq̄ īsunt his q̄ ꝯtinent̄ sub aliq̄ cōi, vt si veli
I mus scire pp qd aliq̄ īsunt hoi ꝛ equo: puta somn⁹ ꝛ vi
5. gilia. Sit g̊ aial ī quo est.a. qd est mediū.b. aūt.i. maior
ext̄mitas accipiat̄ p̄ his q̄ īherēt oi aiali, sic somn⁹ ꝛ vi
gilia, q̄dā aūt aialiū spēs, puta hō, equ⁹, bos, accipiant̄
6. vt mior extremitas. s.c.d.e. Sic g̊ manifestū ē pp qd.b.
id est somn⁹, vel vigilia sit in.d. puta in hoie, q̄ pp.a.s.
Vlti. pp h̄ q̄ hō est aial. Et silr̄ est faciēdū in alijs, ꝛ in oib⁹ est
eadē rō obseruāda. Huiꝰ aūt documenti rō est, q̄ subm
est cā ꝓprie passionis. Et iō si volum⁹ inuestigare cām ali
cuius passionis, pp quā insit qbusdaꝫ rebus iferiorib⁹,
opꝫ accipere cōe qd est ꝓpriū subm, per cuius diffōnem
accipitur causa illius passionis. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Eadē aūt est semp ꝛ in altjs rō, atqꝫ nūc sic
dicimus p tradita nobis noia cōia reb⁹. Opꝫ
aūt nō solū in ijs ipsis dicto mō ꝯsiderare: sꝫ
ēt sit aliqd aliud videat̄ cōe cōpetēs: ꝛ idipꝫ
accipe: deīde sumere ꝛ ea q̄ ipm sequunt̄: ꝛ
ea que hoc sequunt̄, veluti cornigeris cōpe
tit eritiū hēre, supioribusqꝫ vacare dentibus.
Sumant̄ igit̄ hec, ꝛ rursus accipiēda sūt ea
quib⁹ cōpetit: sequiturqꝫ gerere cornua. Pꝫ
enī pp quid illis cōpetūt ea q̄ diximus. Nā
ob idipsum illis inerunt, q̄ cornua gerunt.
ℭ Nūc qdē igr̄ fꝫ ea q̄ assignant̄ cōia noia di
Le. eo. 13. cim⁹. Opꝫ aūt nō solū sic ꝯsiderare, sꝫ ꝛ si aliō
aliqd accipit̄ cōe: accipiētes si aliquib⁹ h̄ īhe
reat: ꝛ q̄lia h̄ seq̄ntur. Ut cornua hñtia h̄ ha Vide (anno.
bere vētres: nō vtrobiqꝫ dētes eē. Itēꝫ cor
nua hñtē q̄dā sequunt̄. Manifestū ē.n. pp qd
est in illis qd dr̄ pp id sunt q̄ cornua hñt.

ℭ Ostēdit quō opꝫ inuestigare pp qd est reducēdo in aliqd K
cōe, qd nō sit gen⁹ noiatū, ꝛ dic̄ q̄ ea q̄ supra dicta sūt di Expo. pnte
cunt̄ fm illa cōia qb⁹ noīa sunt assignata, sꝫ opꝫ nō solū
sic ī talib⁹ ꝯsiderare, sꝫ ꝛ si qd aliō appeat cōe qd īsit ali 2°
quib⁹ ēt si nō sit gen⁹, vel si nō sit noiatū. Deīde opꝫ ꝯsi
derare ad q̄ h̄ cōe ꝯseq̄tur, ꝛ q̄ sunt q̄ ꝯseq̄ntur ad h̄ cōe 3°
īnoiatū acceptū. Sicut hic cornua est qddā cōe cui non
est nomē īpositū, ꝛ qd nō est gen⁹. Ad h̄ aūt cōe sequun 4°
tur duo, quoꝝ vnū est, q̄ oē aial hñs cornua hꝫ multos
vētres pp necītatē ruminatiōis, q̄ꝝ vnū vocat̄ echinus
in iterioꝝ b⁹ extiis, asper ꝛ capedinē hñs, vt dr̄ ī lib⁹ d hy
storijs aialiū. Aliō āt qd ꝯseqtur ad aialia hñtia cornua
est q̄ nō habeāt dētes in vtraqꝫ mādibula, sꝫ solū in ife Vlti.
riori, q̄ mā dētiū ꝯuertit̄ in cornua. Itē ꝯsiderādum est
ad q̄ aialia ꝯsequātur hēe cornua, puta bouē, ꝛ ceruuꝫ.
Sic enim manifestū erit ꝓpter qd hec aialia habēt illas
proprietates, q̄. s. habēt cornua. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Et īsup alius modus puestigādi p silitudi
nē rōnis. Nō.n. p̄t vnū q̄ppiā idē sumi: qd q
dē sepiū ꝛ spina ꝛ os appellare oꝫ. Inerūt āt
ꝛ ijs atqꝫ seq̄nt̄ aliq̄: q̄si talis sit vna q̄dā nā.
ℭ Amplius aūt alius modus ē fꝫ analogū.
Eligere.n. vnū idē nō est accipe qd opꝫ voca
re sepion ꝛ spinā ꝛ os. Sūt aūt q̄ sequunt̄: ꝛ
hoc tanq̄ꝫ natura vna huiusmodi existente.

ℭ Ostēdit iuestigare pp qd reducēdo ad aliqd cōe analo L
gū. ꝛ dic̄ q̄ ali⁹ modus iuestigādi pp qd ē eligere cōe fꝫ Expo. pnte.
analogū. i. ꝓpor^nem. Cōtigit.n. vnū accipe analogū qd 2°
nō ē idē fꝫ spēꝫ vel gen⁹, sic os sepiaꝝ qd vocat̄ sepiō, ꝛ
spina pisciū, ꝛ ossa aialiū terrestriū. Oia.n. ista ꝯueniūt
fꝫ ꝓpor^nes, q̄ eodē mō se hñt spine ad pisces, sic ossa ad
terrestria aialia. Ad h̄ āt cōe analogū, q̄dā ꝯsequūt̄ pp Vlti.
vnitatē ꝓportiōis, sic si cōicarēt in vna nā gn̄is vel spēi,
sicut esse coopertum carnibus. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Eadē aūt sūt nōnulla coꝝ q̄ ꝓponunt̄ mul
tipli. Quedā.n. ex eo sunt ea q̄ mediū idem
hñt: veluti q̄ sunt oia ātiparistasis. Atqꝫ ho
rū nōnulla sūt eadē gn̄e q̄cūqꝫ dr̄ias hñt: ex
eo q̄ sūt diuersoꝝ: vel alio mō: vt pp qd re
sonat: aut pp quid appet: ꝛ pp quid iris exi
stit. Uniuersa.n. hec idē sēt ꝓpositū gn̄e (oia
nāqꝫ sunt plane reflexo) sꝫ spē sunt diuersa.
ℭ Eadē autē problemata sunt: q̄ quidē idem Le. eo. 14.
mediū hñt. Amplius vt qm̄ oia antiparista
sis: hoꝝ aūt q̄dam gn̄e sunt eadē: q̄cūqꝫ hñt
dr̄ias ex quo alioꝝ: aut aliter sūt: vt pp quid
echo: aut propter quid forma apparet: ꝛ pp
quid iris. Oia.n. hec vnū ꝓblema sunt gn̄e:
(oia enim repercussio sunt) sed spē altera.

ℭ Ostēdit quō mlta ꝓblemata ꝯueniūt in eo qd ē pp qd. M
Et p̄ q̄ntū ad vnitatē mediꝫ, 2° q̄ntū ad ordinē medioꝝ. Expo. p̄e
ibi [Alia aūt.] Dicit g̊ p̄, q̄ q̄dā ꝓblemata sunt eadeꝫ
sq̄ntū. s. ꝯueniūt in eo qd est pp qd, pp hoc q̄ hñt idem N
mediū. Sic̄ p h̄ mediū qd ē ātiparistasis. i. cōsistentia. 2°
vel repcussio mlta demōstrant̄. Sūt aūt q̄dā eadeꝫ non Vlti.
simplr̄.

simplr, sz gñe, que qbusdã differẽtijs diuersificant, que sumunt vel ex diuersitate suboꝝ, vel ex diuersitate modi fiẽdi. Sicut si q̃rat pp qd fit echo, aut pp qd appet. s. aliqd in speculo, vel pp qd gñat iris. Oia. n. ista sũt idẽ pblema q̃tũ ad medium pp qd, qd est idẽ gñe. Oia. n. cãnt ex repcussiõe. Sz repcussiones dñt spe. Nã echo fit p repcussionẽ aeris moti a corpe sonãte ad aliqd corpus ꝯcauũ. Apparitio aũt rei in speculo fit pp h̃ q imutatio medij repcutit ad speculũ. Iris ãt fit pp h̃ q radij solares repcutiũt ad vapores hũidos. ¶ Deide cũ dic.

¶ Quedã ãt differũt: ex eo qꝛ mediuz est sub alio medio: veluti pp qd nilus decrescente mẽse magis affluat aqs: qꝛ mẽsis decrescẽs filis magis hyemis est. Propter qd mensis decrescens: filis magis hyemis est: qꝛ luna decrescit. Hec. n. sic inter sese habent: vt pz.

Vide in annot. ¶ Alia ãt ex eo q mediuz qd sb altero medio ẽ dñt pblemata. Ut pp qd nil⁹ finiẽte mẽse magis fluit: pp id q vnior est finis mensis. Propter qd ãt ẽ vernior finis mẽsis: pp id q luna deficit. Hec qdẽ. n. se hñt adinuicez.

A ¶ Oñdit quo pblemata ꝯueniũt in pp qd fz ordinatiõez Expo. p^e. medioꝝ. ꝛ dic, q q̃dã alia pblemata sũt q̃ dñt adinuicẽ eo q hñt diuersa media, quoꝝ vnũ ẽ sub altero, ꝛ po 2^a. nit exẽplũ. Utpote si q̃rat pp qd nilus in fine mensis. s. lunaris magis inundat. Dmõi. n. rõ est, qꝛ finis mensis 3^a. magis est pluuialis. Quare aũt hoc fit accipit per aliud mediũ, pp hoc. s. q tũc deficit luna, que hz dñium super humores, ꝛ ideo deficiẽte lumine ei⁹ magis cõmouent vapores i aere ex quo cãtur pluuia. Et sic pz q ista duo Ulu^a. media sic se habent adinuicẽ, q vnũ eoꝝ est sub altero.

¶ Ambiget ãt qspiã de cã: ꝛ de eo cui⁹ ẽ cã: ẽ ne tũ cã: cũ ẽ id cui⁹ ẽ cã veluti cũ frõdes dcidũt: est ne tũ ipsa cã dfluẽdi frõdes latitudo inquã folioꝝ: si idipz illi⁹ sit cã. Uel cum dficit luna: est ne tum interpositio terre.

Tex. com. 25. ¶ De cã autẽ ꝛ cuius est cã dubitabit aligs: nunqd ꝛ cũ cãtuz ẽ: ꝛ cã est. Ut si folia fluunt aut deficit luna: ꝛ cã deficiẽdi ẽt folia cadẽdi erunt. Ut si hui⁹ est lata hẽe folia: deficiendi autẽ terram esse in medio. LECTIO. XVIII.

Lec. imme. sequen. Ostẽs Phs oñdit quo oz inuestigare pp qd, hic mouet duas q̃ões circa ipz pp qd, q̃r pma est de coexistẽtia cãe ad cãtum. 2ª ptinet ad vnitatẽ cãe. ibi Utr̃ ãt ꝯtingat. Circa p^m tria facit. Prio pponit q̃õnẽ. 2° obijcit. ibi Si. n. nõ est. 3° soluit. ibi Aut ꝯtingit vni⁹. Dic Expo. p^e. B g p q de cã ꝛ cãto põt aligs dubitare, vtr̃ qñ est vnum coꝝ sit ꝛ aliud. Que qdẽ qd nõ ẽ itelligẽda q̃tũ ad simultatem tpis, sz q̃tũ ad simultatẽ ꝯsecutiõis, vtpote si posito vno ꝯsequat aliud simul tpe, vel posteri⁹. Et ponit 2^a. duo exẽpla, in quoꝝ vno cã pcedit cãtũ. Nã lata folia hẽe est cã q fluãt folia alicui⁹ arboris, non aũt hẽ lata folia, ꝛ folia fluere sunt simul tpe. In alio autem exẽplo causa ꝛ causatũ sunt simul tpe, sicut interpositio terre simul tpe est cum defectu lune. Est ergo questio vtruz ad vnuz istorum consequatur aliud. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Naz si nõ est, aliq̃ alia erit ipsoꝝ cã: sin sil sit cã: ꝛ id cui⁹ ẽ cã: ceu si itercedit terra: deficit luna: aut si latitudo ẽ folioꝝ defluũt frõdes.

¶ Si enim nõ: aliqua alia erit cã ipsoꝝ. Si vero causa sit simul ꝛ cãtum: vt si in medio est terra deficit: aut si latum folium est: fluit. Si igitur non fit: simul itaqz erunt. Vide in annot.

C ¶ Obijcit ad ppositã q̃õnẽ oñdẽs q cã ꝛ cãtuz sp sil sunt fm ꝯñaz, ꝛ ponit ad h̃ duas rõnes, quaꝝ pma sumit ex rõne cãe ꝛ cãti: ꝛ dic q oẽ cãtũ opz q hẽat aliquã cãm. Expo. p^e. Uñ si posito isto cãto nõ sil ponit q ista ei⁹ cã sit, seqt q sit ei⁹ aliq̃ alia cã, ꝛ hoc iõ, qꝛ necesse est q cãtũ sil sit cũ 2^a. aliq̃ cã. Sicut ad h̃ q est terrã esse in medio, seqtur q luna deficiat, ꝛ ad h̃ qd est arborẽ hẽe lata folia seqtur q folia eius fluãt. Si igit nõ est dare aliam cãm. sequitur Ult. q simul sit cum hac causa. ¶ Scdam rõnem ponit ibi.

¶ Tũ mutuo pfecte dmfabũt. Sit eni. a. frõdes dponit. b. plãta cui⁹ sit folia lata. c. vitis. Si igit. a. cuilibz cõpetit. b. Ois. n. plãta cuius folia sit lata frõdes deponit. b. vo. c. ipsi cõpetit. Latas. n. frõdes qlibet vitis hz. a. ẽt ipsi. c. cõpetit. Oisqz vitis frõdes suas dponit. Atqz cã. b. mediuz est: vt pz. At lz ẽt p folioꝝ defluxũ lata vitẽ hẽe folia demonstrare. Sit eni. d. lata hẽe folia: abijcẽ frõdes. e. vitis ãt. f. E. igit cuilibet iest. f. Ois. n. vitis abijcit suas frõdes. d. vo cuilibz cõpetit. e. ois nãqz plãta q frõdes deponit hz folia lata: ois ergo vitis hz folia lata: atqz cã est folioꝝ defluxus.

¶ Et si demfent p altera. Sit. n. foliuz fluere in q. a. latũ aũt folium in quo. b. vitis vo in q c. Si aũt in. b. est. a. oẽ eni latũ foliuz folio fluit, in. c. aũt. b. ois eni vitis est hñs latuz folium: in. c. igit. a. ois eni vitis folio fluit. Cã ãt est. b. mediuz. Sz qm latis folijs vitis sit: est pp id qd folio fluit demfare. Sit eni. d. qdẽ latũ folium. e. aũt folio fluere: vitis vo in q. z. In. z. igit est. e. folio. n. fluit ois vitis: in. e. autez. d. oẽ eni fluẽs folio latũ est folium: ois itaqz vitis latum est folium. Causa autẽ est folio fluere.

D ¶ Que qdẽ sumit ex h̃ q cã ꝛ cãtũ p inuicẽ demfant. Et circa h̃ tria fac. Prio ponit rõnẽ. Scdo remouet errorẽ q posst ꝯseq. ibi Si ãt si ꝯtigit ꝛc. Tertio pbat qddã qd supposuerat. ibi Qd ãt nõ deficẽ. Circa p^m dic q ẽt manifestũ est, q cã ꝛ cãtuz sil se ꝯsequunt, si h̃ verũ est Expo. p^e. q p inuicẽ demfent, qꝛ ad mediũ demfatiõis de necessitate seqt ꝯclo. Qz aũt p inuicẽ demfent pbat in pdicto 2^a. exẽplo. Sit. n. foliũ fluere in quo. a. que est maior extremitas, latũ folium hẽre in quo. b. qd est medium, vites 3^a. vo accipiant in quo. c. qd ẽ minor extremitas. Sic igit in. b. est. a. qꝛ oẽ qd hz latũ foliũ folio fluit, in. c. aũt ẽ. b. E qꝛ ois vitis hz folia lata, ꝛ sic ꝯcludit q. a. est in. c. id est 4^a. q ois vitis folio fluit. Et in toto h̃ pcessu cã accipit p medio, ꝛ sic cãtũ p cãz demfat. Cõtingit ãt ecõuerso demõ 5^a. strare cãz p cãtuz. s. q vitis hz lata folia p h̃ q fluit folio. 6^a. Accipiat. n. lata folia hẽe q̃si maior extremitas que est d. fluere folia q̃si mediũ qd est. e. vitis vo minor extremitas q est. z. Sic igit. e. est in. z. qꝛ ois vitis fluit folio. d. 7^a. ãt est in. e. qꝛ. s. oẽ qd fluit ꝛ lata hz folia folio fluit, ex h̃ concluditur q ois vitis sit lati folij, ꝛ accipitur pro causa Ult. in consequendo folia fluere. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qd si fieri negt: vt sint sibi mutuo cause ꝛ cã

nāqꝫ p̄o: est eo cui⁹ est cā: ꝛ deficiēdi qdē cā ē in medio terrā eē: hui⁹ aūt nō est cā deficē lunā. Atqꝫ demōstratio que fit per cām: est pp qd: demſatio xͦo que non p cāꝫ fit: est ea qua qppiam tm̄ esse ostendit᷑. Qui per defectuꝫ terrā in medio esse pcepit: is scit qdē id ipsum esse: ppter quid aūt est nō cognoscit.

Uide in annot. ¶ Si aūt nō ꝯtingit cāꝫ eē adinuicē: cā.n. p̄us ē eo cui⁹ est cā: ꝛ deficiēdi qdē cā est terrā eē in medio: nō ē cā deficere. Si igit᷑ qdē p cāꝫ est demſatio pp qd est: si xͦo nō p cāꝫ ipsius q: qm̄ in medio est cognouit: pp qd aūt nō.

F ¶ Excludit quēdā erroꝛē q posset seq ex p̄missis: vt.s. eadē rōne vnū p̄dictoꝝ demſrel᷑ ex alio. Sꝫ ipse excludēs

Expo. p̄e. B dic᷑, q si nō ꝯtingit q aliq̄ duo sint sibiinuiceꝫ cāe.s. in eodē gne. eo q cā est p̄or eo cui⁹ ē cā, nō aūt ꝯtingit ideꝫ esse p̄us ꝛ posteri⁹, eodē mō cū cā defect⁹ lune sit terraꝫ esse in medio: nō est possē q dfect⁹ lune sit cā ei⁹ q terra

Ult. sit in medio. Si igit᷑ demſatio q̄ ē p cāꝫ est demſatio pp

c.c.24. et.25. gd, q̄ aūt nō est p cāꝫ est ipsi⁹ q:, vt in p̄ habituꝫ est, seq᷑ q ille q p defectuꝫ lune demſat q terra sit in medio cognoscit qdeꝫ q: non propter quid. ¶ Deinde cuꝫ dicit.

¶ Atqꝫ dficere lunā nō eē cāꝫ vt sit in medio terra: sꝫ eꝫ cām esse: vt deficiat luna: idē pspici pt. In rōne nāqꝫ dficiēdi iest: in medio terrā eē. Qr̄ pꝫ p h̄ illō: sꝫ nō p illō h̄ inotescere.

¶ Qō aūt non deficē cā sit in medio esse: sꝫ h̄ deficiēdi cā: manifestū ē. In rōne.n. deficiendi est qō ē in medio Quaꝛ manifestuꝫ ē q p hoc illud cognoscit᷑: sed non hoc per illud.

G ¶ Probat qō supposuerat.s. q iterpositio terre sit causa

Expo. p̄e dfectus ꝛ nō ecōuerso, ꝛ dicit manifestū esse q lunā deficere. nō est cā ei⁹ qō est terrā eē in medio, sꝫ ecōuerso,

2°. q: in rōne eclypsis ponit᷑ q terra sit i medio, vt supra dictū est. Cuꝫ igit᷑ qd ꝛ pp qd sint idem. manifestum est q

Ult. defectus cognoscit᷑ p interpositioneꝫ terre, sicut per medium ppter qd, ꝛ non econuerso. ¶ Deinde cum dicit.

¶ An fieri pōt: vt vni⁹ plures sint cāe? Etenī si fit: vt idē p̄io de plib⁹ p̄dicet᷑: sit.a. qō qdē tā.b. q̄ꝫ.c. ꝯpetat p̄mo: q̄ꝝ alteꝝ isit.d. alteꝝ ipi ꝯpetat.e. Inerit igr᷑ ipꝫ.a. illis vtrisqꝫ.c. in quā ꝛ.d. Atqꝫ vt isit qō ipi.d. cā ē ipꝫ.b. vt cōpetat āt ipi.e. cā ē ipꝫ.c. Quare si cā ē: necē ē ꝛ reꝫ esse. Si xͦo res ē: non est necē id esse qō est cā: sꝫ cām quidem esse: non tamē omneꝫ.

¶ Aut ꝯtigit vni⁹ plures cāe eē? Et nāqꝫ si ē idē de plib⁹ primū p̄dicari: sit.a. in.b. p̄io eē: ꝛ i.c. alio p̄io: ꝛ h̄ sit in.d. ꝛ illō i.e. Erit itaqꝫ a. in.d. ꝛ.e. vtraqꝫ. Cā autē est in d. qdē.b. in e. autē.c. Quare cū cā sit: necesse est rē esse. sꝫ res cū sit: non necesse est qdem q sit cā. Causam qdem necesse est esse: non tamē omneꝫ.

H ¶ Soluit p̄mā qōnē ōfidens in qb⁹ veꝝ sit q cā ꝛ cātum se sequant᷑, ꝛ in qb⁹ nō. Et circa h̄ duo facit. P̄io ōfidit in qb⁹ nō fit veꝝ. 2° in qb⁹ fit veꝝ. ibi [Aut si sp.]Dicit

expo. p̄me. ergo p̄ q ꝯtingit vnū cōe bie pleo cāe sm q ꝯuenit diuersis, sic esse vituꝑabile ꝯuenit audaci pp excessum, timido aūt pp defectū. Accipiat᷑ ergo q aliqō vnū predicet᷑ de plibus p̄ ꝛ imediate, vt p̄dicet᷑.a. de.b. p̄, ꝛ silr de c. sicut esse vituꝑabile de supabūdantia ꝛ defectu, ꝛ ista duo.s.c. ꝛ.b. p̄dicent᷑ de.d. ꝛ.e. sic supabūdantia ꝯuenit audaci, defectus autē timido. Predicabit᷑ itaqꝫ.a. de.d. ꝛ.e. q: tā audax q̄ꝫ timidus est vituꝑabilis. Cā aūt q.a. sit in.d. est ipꝫ.b. Est.n. audax vituꝑabilis pp supabūdātiā. Q aūt.a. insit ipsi.e. cā est ipꝫ.c. Timidus.n. vituꝑabilis est pp defectū. Pꝫ g̃ q cū cā sit: necē est rē eē, q: si tūc.a. sit supabūdātia siue defect⁹, necē est aliqd eē vituꝑabile. Sꝫ existe re, necē est qdē q aliq̄ cā ꝑ sit, nō tn̄ necesse est q̄ꝫlibet cāꝫ esse. Sicut posito q aliqd sit vituꝑabile, nō ē necē q sit i supabūdātia, sꝫ necesse ē q sit vl᷑ in supabundantia, vel in defectu. ¶ Deinde cum dicit. 1° 3°. 4°. 5°. Ult.

¶ Aut si semp id qō pponit᷑ vl᷑e est: cā quoqꝫ tota q̄dā ē: ꝛ id cui⁹ ē cā vl᷑e ēt est. Ueluti folijs spoliari: toti cuidā iest determinato: ꝛ si spēs sunt illi⁹: ꝛ his vl᷑r: aut plātis: aut huiuscemodi plātis cōpetit. Quare ꝛ mediū i his: ꝛ id cui⁹ ē cā eq̄ sint oꝫ: ꝛ ꝯuertāt᷑: veluti pp qd arbores folijs spoliant᷑. Quid si idipꝫ ob ꝯgelationē esse oꝫ: ꝛ si ꝯgelatio nō cui⁹ inest: sed arbori: folijs arborem spoliari oportet.

A ¶ Aut si sp est vl᷑e ppositū: ꝛ cā qōdaꝫ totū ē: ꝛ cui⁹ est cā vl᷑r: vt folio fluere in toto quodā determinatuꝫ ē: ꝛ si spēs ipsi⁹ sint multe: ꝛ vl᷑r igit᷑ aut plantꝭ: aut h⁹ plātis. Quare mediuꝫ eq̄le oꝫ eē in ijs: ꝛ cui⁹ ē cā: ꝛ ꝯuerti: vt pp qd arbores folio fluunt. Si g̃ pp dēsitatē hm̄oi folio fluit arbor: oꝫ esse densitatē: si densitas est: non in qualibet: sed in arbore: folio fluit.

